








MEDICAE

ALIQVOT DISCEPTATIONES eruditissimæ, quibus recentiorum & Arabũ permulti errores ad veterum disciplinam expenduntur.

Autore Iac. Allaxino medico clarissimo. citatur



PARISIIS
Ex officina Christiani Wecheli
sub scuto Basiliensi.
M. D. XXXV.

FRANCISCVS ARNALDIVS CHRISTIANO WEchelo S. P. D.



EGeram tecum anno superiore de Iacobi Allaxini libro apologetico typis cõmittẽdo, tum quòd tu mihi uiderere in isto artis genere multis praecellere, tum quòd iudicarem nihil ab homine illo proficisci posse, quod à posteris legi non esset dignissimum. Est enim lectionis multae uir & iuxta eruditionis rarae. Ego archetypũ libri nunc tibi tandem dimittere potui, quòd qui receperat eundem ad nos sese perlaturum, tantũ abfuit, ut fidem suam praestiterit, ut uel integros aliquot mẽses apud se cõtinuerit, & tandẽ (ut uideo) amiserit: quo fit ut uix demũ amicorum etiam nõ uulgariũ opera ab authore ualuerim extorquere: nihil enim ut accepi praeter locos etiam indigestos penes se retinuerat: ille tamẽ, ut est homo ingenuus, amicorũ precibus, quibus nihil nisi inhonestum denegare decebat, exemplar quod penè perierat instaurauit, aut (ut uerius dicam) nouum fecit. Librum igitur ab interitu uindicatũ ad te mitto, unà cum epistola admodũ erudita, quae sanè, priusq̃ liber, ad manus nostras peruenerat. Qua in re magnam à nobis inibis gratiã, si qua semper consueuisti diligentia formulis expressum, in lucẽ emiseris. Vale. Plassaci Idibus Martiis. M.D.XXXV.

ROBERTI BRITANNI
Atrebatensis Carmen

Nondum Burdigalæ melior medicina ualebat,
Nec fuerat linguæ fulta nitore suæ.
At nunc nacta ducem, munus concinnius ornat,
Et maiore ægros dexteritate iuuat.
Hoc adeo magnum dedit Allaxinus Iacchus,
Qui cum barbarie maxima bella gerit.
O stultos homines, qui contrà tendere pergunt,
Authorisque sui, quos meminisse pudet.
Nanque repertor opis medicæ facundus apollo
Eloquii deus est, & helicona regit.

ORNATISSIMO VIRO D. BRIANdo Valleæ Regio consiliario, vtriusque linguæ peritissimo.

Iac. Allaxinus. S.



Peraui iamdudum Briāde doctissime, medicorum nostrā hanc cōtrouersiam quieuisse, & mutuā amicitiā initā fuisse (vt Christianos decebat, quemadmodū seruator noster Christus passim docet in euāgelio, precipuè extrema illa in die, quum imminente supplicio discipulos instrueret, dicens: In hoc cognoscent homines, ꝙ discipuli mei estis, si vos dilexeritis inuicē, sicut ego dilexi vos,) nō *Iohānis.13.*

equidem, quòd iſtorum argutias & cauillationes pertimeſcerem, vel pu blicũ certamen, & veluti μονομαχίαν refugerẽ (Hoc enim ſæpe dum mutuò impeteremur iis indixi coram D.Saluato Pomerano, inquiſitionũ præſide, & Gabriele Alano Regio conſiliario) ſet ne me totius litis & iurgiorum authorem minusq́ chriſtianê agere exiſtimarent, non plebecula modo & rude vulgus, verũ & præcipui vrbis viri, & Reipub. conſultores, apud quos diutius horum nomen inualuit. At hoc in fatis non eſſe (quod ex animo doleo, propter Chriſtum, cuius præter nomen, dum hæc exercemus, nihil habere uidemur) & tu noſti, quum ad Iunias Cal. pro humanitate tua, medicinalem quæſtionem Burdigalæ excuſam obtuliſti, ex qua non difficile

cilè est videre, horum animos nondum quieuisse, sed magis adhuc in dies æstuare, & Allaxinum nõ perpeti posse: quandoquidem ea quæstione nihil præterquam vná mearum assertionum cauillari student. Si finẽ perspicias, idq́ non vnius nomine, sed dolis suis instructi omniũ nomine, nempe medicorum ordinariorum Burdigalæ (vt ipsi loquuntur) rem inuulgarunt, quò suæ sententiæ magis subscribatur, quàm si vnius nomine res æderetur, vt aliquam veri speciem id habere videatur, quod à tribus oppugnatur, ab vno malè adseruari. Propterea vir ornatissime nõ dissuadebis, opinor, hanc editionẽ, quam, vt nosti, veluti ab inuito amici exegerũt. Non in te scribere vidẽtur (fortasse inquies). Bellê sanè. At me interim digito

 mon

monſtrant, præclariſque indiciis, in quem ea contorqueant declarant. Quin & ipſi fecerunt, vt palàm res in collegio diſputaretur, & ad me deferretur per internuncium, ne id me ſolùm fugeret, quod vbique & apud omnes iactaretur. Adde quòd medicorum nemo ſaltē, quos legerim, veterum, aut neotericorum ſcripſit: In omni pleuritide è re eſſe ſanguinis miſſionē, quod, vt audiui, ex vna mearũ aſſertionũ colligere certát, ex hac nimirũ. In omnibus morbis acutis ſanguinis miſſio commoda eſt, cõſtantibus viribus & ætate. Set quid verbis opus eſt? Nonne in me nominatim ſcripſerunt, & in iudicium apud Senatũ produxerunt, vbi hoc pronunciatum erroneũ (ſic enim loquũtur) toto ore adclamát? Aequum eſt igitur, vir doctiſſime,

hos

hos tá anguineos conatus aliquantùm infringere. Satis nãque perpessi sumus. Ad eorùm attestationes, quam amicis tantum legendá conscripseram, responsionem ædere cogor, vna cũ annotationibus in quæstionem medicinalẽ obiter conscriptis, vt etiam alii noscant, quàm parum ingenuè nouum scribendi argumentũ sibi conquisierint. Tu verò mi Vallea, nobis (vt soles) adsis, animũ adde & stimulos potius, quá amicorum impetũ rumpas, ne diutius horum tenebris suffundamur, nostrisq́; licet tenuibus, cœptis patrocineris. Te enim inter eos viros delegimus, cuius auspiciis, quicqd nuncupatur tutum esse oporteat, vt qui tanto animo in rem literariam flagres, tátoq́; studio in bonas disciplinas, omnesq́; studiosos afficiaris,

vt

vt mecœnatem imo parentẽ totius literaturæ agere videaris. Quod ad ingenii dotes attinet neſcio an acrius ingenium an fideliorem memoriam noſtra hæc ferant tempora: inditio eſt autem, quod tua tam infelici tẽpeſtate præter latinæ linguæ caſtimoniam, quam exquiſitiſſimè didiciſti, & ius ciuile, in quo feliciſſimè verſatus es, & græcas literas (quod paucis contigit) ſis cõſequutus. Quæ res potiſſimæ cauſæ fuerunt, cur Chriſtophoro Lõgolio noſtri ſeculi miraculo, & Almarico Bouchardo, regio præſidi, & libellorum magiſtro, viro in omni literarum genere exercitaſſimo tanta neceſſitudine, copulareris, vt hunc virorum tam egregiè doctorũ, triumuiratum exteræ etiam nationes admirarentur. Omitto quãtum decus

tanta

tanta rerum cognitione instructus, in ordinem senatoriū intuleris, & de eo quàm magnificè meritus sis. Scio enim tibi tantum inesse modestiæ, vt isthæc agnoscere nolis, quo nomine magis integritatem tuam suspicio. Omnino hæc tuere, & qua me soles fronte, hæc accipe, dum meliora apparo. Vale & me, quod soles, ama. Burdigalæ. Cal. Iul. 1534.

IACOBI ALLAXINI CORG. ciuis & medici Burdigalensis tumultuaria responsio, ad iniustam quorundam medicorum Burdigalensium censuram.



Bene est, peperistis tandem, quod parturiebatis, nec satis esse duxistis, animum uestrum erga me (quem semper incessistis) apud senatum ostendisse, quum in assertiones meas sic coniurastis omnes, vt falsas damnaueritis, demum in iudicium produxeritis, nisi etiam quæstione medicinali prelo commissa, ciuibus primùm, dein exteris morbum vestrum proderetis.

deretis. Ego vero hinc nihil magno
pere moueor, cæterum veſtra cauſa
tantum indoleo, quũ in vulgus ani-
morum ueſtrorũ labores, atq; adeò
inuidentiam proferri uideo. Quòd
ſi ſceleris alicuius cõmemoratione
inuidiam mihi apud bonos cõflare
vobis facile fuiſſet, hinc mihi à vo-
bis creato periculo, animum ad ſcri
bendam doctá illam (ſi diis placet)
quæſtionem nunquam appuliſſetis.
Iam cũ vitæ meæ integritas nullũ,
vel quantumuis φιλοδίκῳ, calumniæ
locum reliquerit, id vnũ vobis reli-
quum fuit, in quo inflatam iſtam de
medicina opinionẽ iactaretis: nẽpe
è domo veſtra cæcum præiudicium
afferentes, nihil niſi falſum aſſeruiſ-
ſe me, pronunciaſtis, infirmitatis ve
ſtri animi probè conſcii. Quis enim
niſi planè ἀφιλόσοφος ad doctiſsimo

rum

rũ omniũ medicorũ ſcripta omnia non expẽdiſſet prius, q̃ vt vllum temerè iudiciũ feciſſet. Quin & illud veſtra ingenii acrimonia dignum erat, vt, ſi quid modò falſi vobis ipſe tum propoſuiſſe viderer, à vero aduerſus falſũ alacres ſtaretis. Quod quum à vobis nulla ratione factum ſit, quid ſecum doctorũ hominum cõſeſſum collegiſſe credimus aliud, q̃ vel vos ἀφιλοσοφήτους ac diſſerendi imperitos, qui falſum illud non conuelleritis, vel totam cõtrà, penes me gloriam diſſertationis fuiſſe, qui ita ſenſibus veſtris illuderem? Nam tũ rem, vt fertis, falſam aſſerẽs, non veſtras modo argutias ſtrenuè dilui, ſet argumentationibus ſic feci ſatis, vt decurionũ multa eruditione virorum & grauiſsimorum ſenatorũ iudicio is viſus ſim, qui hic & me-

dicinã

dicinā profiterer, & medēdo ægrotis adeſſē. Set abſit, vt in hac re tantopere mihi placeā. Neq; enim vos ſic rudes eſtis, neq; rurſus tam acri ingenio ſum præditus, vt cōtra vos falſum aliquod proloquium defendiſſe me putarim. Secùs multo res habet. Etenim vt primū in celeberrimam hanc vrbem appulſus ſum, quæ eſſet veſtra medendi ratio diligētius ſciſcitatus, comperi in omni medicinæ parte â vobis inſigniter errari, in διαιτητικῇ nēpe φαρμακευτικῇ & χειρουργικῇ. In διαιτητικῇ quidē, quòd nulla aut morbi aut ætatis, aut temporis, aut conſuetudinis, aut id genus aliorū habita ratione, omnibus eādem ferè diætam præſcriberetis, atq; æquè omneis cibis ingurgitari permitteretis, maxima vrbi incommoda, (vtinam non mortes) aduehentes,

hentes,

hentes, &, vt vno verbo dicam, non solum errari, sed hãc tam præclarã, & fere potiorem medicinæ partẽ sic à vobis negligi, vt penè vobis tota perierit. Quam tamen admirabilis ille Cous, Galenus, Celsus, Plinius & veteres ferè omnes medici nunquam satis laudare potuerunt. Ea Asclepiadi tanto fuit in precio, vt φαρμακευτικὴν pene omnẽ sustulerit, ad hanc vt se totum converteret: id quod videre facilè est ex antiquorũ monumentis. In φαρμακευτικῇ verò, ꝙ sanguinis missionẽ, aut venæ sectionẽ nullã hic fieri audierim, vt iam αἱμοφόβοι Erasistratii videamini, vbi robusti tot agũt homines, multo vino madentes, ciborum parum temperãtes. In regione præterea calida, & humida, quod & nomen ipsum ostendit, vbi ver, sanguinis genitor

αἱμοφό-βοι.

Aquitania.

longissimum

lõgiſſimum eſt, hyems breuiſſima, vbi tam frequentes debacchantur auſtri, quę ad ſanguinem augẽdum facere docti omnes norunt. Porrò quòd ab externis cauſis (gręci προκαταρκτικὰς uocant) ſanandi & indicationẽ, & rationem à vobis deſumi intellexerim, atq; alia id genus multa fieri, contrà q̃ doctiſsimi medici ſentiunt. In χειρουργικῇ deniq; quòd à tempore & curandi artem, & eorũ, quæ admouere oportet ſanandis vlceribus, indicationem vobis aſſumeretis, hancq; veſtram hęreſim peruicaciter defendi à diſcipulis veſtris cognouerim. Quapropter operępreciũ aliquod facturus mihi videbar, ſi quę parum doctè à vobis tractari, & à veſtris diſcipulis perperam intelligi cognoui, de his in contentionem vocatis vobiſcum diſſererem,

Hippocr. in lib. de nat. hum. & Gal. in eum locum.

vt diligentius re perpensa, veriora doceretis, feliciúsque mederemini, & vrbs vtilitatem ex nostro aduentu acciperet. Ea autem assertionibus quatuor comprehensa (quũ de more, vobis in frequenti theatro impugnanda exposuissem, neque omnia satis diligenter excussa mihi viderentur: Nihil enim præter cõuitia, viris sanè nostri ordinis indigna clamosè, & impudenter in me contorsistis. Tantum abest, vt, quod iactabatis, falsa esse euiceritis) veterum medicorum omniũ sententiis tunc satis cõmunita literis mandare volui, vt intelligat optimus quisque, quàm malè de verissimè scriptis à vobis pronũciatum sit. Reliqua autem, & physicam quæstionem potissimum, quando eam conuellere aggressi nõ estis, ne sermo longius pducatur

ducatur

ducatur omittam. Antequá tamen ad rem ipſam accedam, orandus eſt mihi benignus lector, vt, quádo res eſt nobis cum iſtis μισοκάλοις, ſermonem his attemperatum boni conſulat. Hoc enim ab eis mihi tá magno vertitur vitio, quod verbis paulo terſioribus, de re pulcherrima cũ eis diſſeruerim, vt mihi (ſi diis placet) verendum ſit, ne ſermonis elegantia mihi fraudi ſit. Nam ea rei medicæ inſcitiá prætexuiſſe me vulgo ſuadere conantur. Primũ igitur axioma hoc erat.

Tenuis victus in acutis morbis melior eſt eo, qui ſit paulo plenior.

HOc proloquium, & ſi tum veſtras cauillationes non reformidabam (neque enim irarum aut inuidentiæ tátum medicorum ani-

mis, quos affectibꝰ vacuos esse opor tebat, de aliorum morbis iudicaturos, insedisse putassem, tamen an rationibus suis constaret, & medicorũ placitis cohæreret, expendere diligenter, priusquam exiret, non prætermisi: probè illud sciens, non alia vos fronte illud accepturos, quàm qua domi, quum vos salutarem, me excepistis. Ad eius autem demonstrationẽ, duas tantũ rationes nunc adducam, quãquam plures adferre poteram (si quidem non me præterit, quàm strenuè pro nostra opinione Hugo Senẽsis certet) si semel, qđ paucis spero Hippocratis Aphorismo satisfecero. Tenuem victũ in acutis morbis idcirco meliorem eo, qui sit paulo plenior adseueramus: quòd ad tenuitatis partes, si errare contingat, quàm ad contrarium cæ

teris

teris paribus tutius ſit inclinare. Nam cũ extremè tenuiſsima viuendi ratione pluribus diebus, quã cũ extremè craſſiſsima vita animal frui neceſſe eſt. Quod, arbitror, fatebimini, quum planè intellexeritis, quid victus tenuiſsimus ſit, quid rurſus craſsiſsimus. Quænam verò ſit craſſiſsima illa diæta, apud Galenũ non memini me legere, niſi ex tenuiſsimæ contrario hanc velis colligere. Neque tamen interim me præterit, quid de hac ſentiat Auicenna. Extremè tenuiſsimus victus apud Galenum in commẽtariis in Aphoriſmos eſſe videtur, nihil comedere. Verum ſi nihil comedere victus ſit extremè tenuiſsimus, quid, quæſo, comediſſe huius ſatis idoneum contrarium fuerit? An vitulum, ceruũ, bouem, aut aſinum? vel ſi mauultis

Aphor. 4. & .7. lib. 1.

extremê tenuiſsimá viuendi rationem eſſe in morbo, nunq̃ comeſſe, craſsiſsima erit ſemp comedere, nimirũ huius oppoſitũ. Quod ipſum ſi ita vobis videtur habere, timete vt naturæ obloquuti ſitis, quæ ob id inteſtina inuoluiſse nobis videtur, ne, vt Plato ait, genus hominum ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον ſit, id eſt, à philoſophia et à muſis alienum. Quis enim menſæ ſemper accumbẽs atq; adeò cibis ſe ingurgitans, in literis verſetur feliciter? Quin qui bouem, ceruum, vitulum, aut aſinũ aſſumpſiſſet, aut in morbo aſsiduò comediſſet, vel vna diecula ſupeſſe vidi neminem, neq; vnq̃ victurũ ſperarim: qui vero toto morbo nihil ediſſent ſuperſtites multos, morboq; liberatos cognoui. Imo verò Galenus ipſe omnimodam iubet præſcribere inediam

Gal. lib. 4. de uſu par.

Plato in Tim.

diã iis morbis,quos intra quaterna-
riũ primũ finiri & iudicationẽ ſubi
re putet. Quòd autẽ nõnulli ad q̃n-
tũ & ſeptimũ ſine vlla adſumptiõe
ciborũ vixerint, ex libris medicorũ
videre eſt, potiſsimũ Plinii,qui hu- *Plin. lib. 11. cap. ultim. natural. hyſtoriæ.*
iuſmodi inediam non eſſe lætalem
ante ſeptimum diem teſtatur, & ali
quot in ea inedia vltra vndecimum
diem vixiſſe . Set qui intra aliquot
horas non creparet, ſi vitulum, bo-
uẽ,ceruũ,aut ſuẽ,vel in morbo ſem-
per comediſset comperio neminẽ,
niſi fortè Milonẽ Crotoniatum,aut
Ouidianum Eriſicthona naturæ mi
racula afferatis. Quare melior viuẽ-
di ratio ea eſſe colligitur,quæ ad te-
nuius,ſi quis errauerit,q̃ quæ ad craſ
ſius extremum vergit. Porrò alia ra
tione tenuis victus in acutis morbis
melior eſt eo, qui ſit paulo plenior.

Melius namq; id extremũ eſt, quod parcius naturá premit, tenuis diæta minus naturá opprimit, q̃ craſsior, melior igitur (cæteris paribus ſemper intelligo) cẽſebitur. Aſſumptũ à ſanæ mẽtis homine negari nõ poteſt. Minoré autem veriſsimá cognoſcũt, q ſunt ab affectibus liberi. Ná craſsior diæta tribus modis naturá iugulat, nẽpe quũ hanc onerat, plus q̃ deceat, à morbi coctiõe diſtrahat, demũ morbi cauſá adauget. Nõne oneratur, quũ maiori, q̃ oportebat alimento ſubiacet natura? Nõne diſtrahitur dũ ad cõficiendá crapulá vocatur, quãdo morbi cauſſas euincere oportebat? Nõne augetur morbi cauſſa, vel morbus ipſe, ſi plus æquo ingurgitetur æger? Nõ enim in probum alimẽtum, quod redundat, ægrum corpus conuertet, ergo

in.

in quod facilius migrare & degene rare poterat, in morbi causã & mor bum ipsum cõuertitur: Tritum est enim illud Aristotelis axioma: In habentibus symbolum facilior est transitus. At tenuior viuendi ratio, ea tãtum ratione naturam lædit, quod vires reddit imbecilliores, neq; verò hoc primò & per se efficit, sed secũdò & per accidens, nimirum quòd has ipsas non augeat, aut saltem cõseruet. Adde quòd neq; vtilitate caret ea incõmoditas, qua vires inualidiores reddũtur. Nã idcirco etiã nisi in extremũ vires defecerint, affectus etiã inualidior efficitur Hippocratis testimonio, & post hunc etiã Auerrois. Medici qui nobis hac in parte suffragantur, & si plures sunt, tamẽ tres tantum in præsentia (sed principes) adducã, quibus, ni fallor, assurgetis. 1. aph. 14.

aſſurgetis. Hippocraté illũ Coum. Hic enim in libris de ratione victus in morbis acutis ſic loquitur: Porrò grauiſſimè læduntur, qui tota vtuntur ptiſana, ſi mutationi peccatum accedat, ac afficiuntur quoque qui ſuccum duntaxat aſſumunt, deinde noxam contrahũt, qui ſolam potionem accipiunt, ſed minus quàm ſuperiores. Audiuiſtis Hippocraté? Hic non craſsiorem ſed tenuiorem, ſi mutationi peccatum accedat, in acutis morbis diætam commendat. Grauiſsimè, inquit, lædũtur, qui tota vtuntur ptiſana, ſi mutationi peccatũ accedat: deinde noxa afficiuntur, qui ſuccum dũtaxat accipiunt, tandem læduntur etiam, qui ſolam potioné adſumunt, ſed minus q̃ ſuperiores. At ſolam ptiſanæ potioné ebibere, tenuior eſt victus, q̃ aut ptiſanam

ſanam ipſam, aut huius ſuccũ adſu mere, niſi plumbũ aut ſtipites ſitis. Paulo poſt verò inquit idẽ Hippocrates: Semper q̃ modicè additioni ſtudendum eſt,ablationi vero in totum intẽdere ſæpenumero prodeſt. Dicetíſne,quæſo,crapulam et ciborum ingurgitationem hic laudari? aut craſsiorem in acutis morbis victum ab Hippocrate concedi an potius tenuiorem? Certè hoc vel ſole ipſo meridiano clarius apparet. Dicit enim alimentorum additioni in vehemẽtibus morbis perquàm parcè incumbendum, & ablationi penitus ſtudendum,idq́ in rem ægrotorum fore. Tertiò inquit Hippocrates: Sanè vel grauiſsimum peccatum cenſetur, ſi vel ob laborem vel morbi vehementiam imbecillo aliquis vel potionem,aut cibum exhibeat,

beat, exiſtimans eum à venarũ exinanitione factum debiliorẽ. Ita impudentiſſimũ eſt, eum, quem venarũ exinanitio reddidit imbecilliorem non cognoſcere, & abſtinentia torqueri: quãquàm ne hoc quidem peccatum periculo caret, tamen vt ſuperiore leuius eſt, ita magis deridendum. Poteſtis ne iam Hippocratis ſentẽtias accipere? An obſcuriores ſunt, quàm vt ingenia veſtra capere poſſint? Hic non pleniorem viuẽdi rationem (ſi rem intelligitis) laudat. Nam quemadmodum (inquit) ſi medicus ægrum ex morbo aut labore imbecillum exiſtimans, exinanitione debiliorem factum, cibis obruat, errat grauiſſimè, ita dedecus eſt hunc fame torquere, qui venarum exinanitione factus eſt imbecillis, ſed hic leuior eſt, & ſuperiore

riore tolerabilior, licet magis ſit deridendus. Secundo loco nobis aſtipulatur Galenus, cuius verba, aut rationes, ne diutius ré differamus, nõ adducam. Nam vt veritatis, ita admirabilis noſtri Hippocratis acerrimus fuit defenſor. Huius ſentẽtiæ, quantum noſtræ aſſertioni faueant, colligetis ex commentariis, quos in Hippocratis libros de diæta cõſcripſit. Auicenna etiam noſtræ aſſertioni ſuffragatur, inquit enim: Et cũ ambigua ſit tibi diſpoſitio in ægritudine, & non cognoſcis eam, tunc, vt declines ad ſubtiliationé eſt melius, quàm vt declines ad additioné. Si meliorem eum, qui plenior ſit, victum cenſuiſſet Auicenna, non mehercule in ambiguis ad tenuiorem deflectẽdum iuſſiſſet, ſet tenuiorem ab Hippocrate & Galeno edoctus, *Lib.4.f.1.*

victum

victum existimans tutioré, vbi morbus nondum planè fuit exploratus, ad hunc veluti meliorem inclinandum præcepit, quòd tantum molestiæ, si peccare contingat, ægro non aduehat, quàm plenior viuendi ratio, si in hac etiam fuerit erratum.

Lib.4.f.1. Adde quòd de hac re in eodem libro sic scribit: In omnibus morbis acutis, & peracutis est regulariter declinandum ad tenues. Neq; plura in præsentia adducam ad nostri proloquii confirmationé: hæc enim satisfecisse his, credere par est, qui se morosos nõ præbuerint.

Aphoris.5. lib.1. Nũc Hippocratis aphorismũ, vt polliciti fuimus, huic nostræ sentẽtiæ nõ aduersari ostendamus. Is græcè ita habet.

Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται. πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον

ἐν τῇσι λεπτῇσι, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραί, αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ κατεστηκυῖαι, καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι, διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταί, καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν μικρῶν ἁδροτέρων, id eſt (vt Nicolaus leonicenus vir & doctiſſimus & exercitatiſſimus interpretatur) In tenui victu ægri delinquũt, quo fit, vt magis lædantur. Quicunq; enim error committitur magnus, maior in hoc fit, q̃ in paulò pleniore victu: ꝓpterea etiã ſanis periculoſus exiſtit valdè exquiſitus victus, & conſtitutus: quoniam errores grauius ferũt. Ob hoc igitur tenuis victus, atq; admodum exquiſitus eo, qui ſit paulò plenior magis periculoſus. In aphoriſmo quod meæ ſententiæ repugnet, nihil comperio, niſi ſibiipſi Hippocratem

cratem aduerſari fortè dixerimus, quod de viro tam abſoluto támque frugi ſentire, piaculũ duxerim, quo vel doctiorem vel hominum generi vtilem magis, atq; adeò qui veriora ſcripſerit (extra tamẽ eos, qui diuina ſupráque naturam ipſam literis mandauerunt) non inuenio. Probauit autem ille tenuiorem victum in morbis vehementibus magis, quã craſſiorem in libro de ptiſana, neq; diuerſum in hoc aphoriſmo ſentit, etſi quidam rem non aſſequẽtes ſenſu, aſſeuerare non verentur tantum virum hic aliter, q̃ illic ſentire. Sic enim ſcribit. Quoniã error ille quicunq; commiſſus fuerit tenui victu degentibus maior eſt, q̃ ſi paulo pleniori victitarent. Propterea tenuiorem viuendi rationem periculoſiorem ſentimus. Non quidem primò,

& per

& per se, sed per accidens, & secundo: Iccirco enim tenuiorem viuẽdi rationem periculosiorem denũciat Hippocrates, quòd peccatũ in hac maius sit, q̃ in pleniore, non autem contrà: Nam error nõ ideo grauior est quòd tenuior victus sit periculosior, sed ea ratiõe victus tenuior magis periculosus est, quòd in hoc peccatum sit grauius. Neque profectò incommodum esse duxerim, quippiam primò, & per se optimũ esse, secundo verò, & per accidens malũ. Id quod (vt interim, qđ Aristoteles huic loco maximè conueniens tradit, prætermittam) planius fiet desumpta ex Paulo (si modo prophana sacris conferre licet) similitudine. Sic enim ait. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, iudæis quidem scandalum, græcis vero stul- Aristotel. 2. phys.

ticiam. Sic Hippocrates in libro de ptiſana, tenuiorem victũ ratione viuentibus meliorẽ prædicat. In aphoriſmis vero periculoſiorẽ ſed delinquẽtibus. Quemadmodũ enim qui legem acceperunt, aut religione diſtringũtur, his grauius eſt delictum, ſi peccare contingat, q̃ aut religione ſolutis, aut legis expertibus, vt in iure põtificio paſsim eſt videre, ſed tamen lex mala, aut religio periculoſior non cenſetur. Sic tenuior viuendi ratio licet hac exquiſitè degentibus grauius ſit delictum, cũ errauerint, nõ tamen idcirco peior, aut periculoſior craſsiore iudicatur. Hũc locum ſic à Manardo Ferrariẽſi medico doctiſſimo in epiſtolis quibus medicinales titulum indidit, enarratum memini: vt autem nõ poſſim vobis nũc indicare & epiſtolá, & libri

bri paginam, id in caussa est, quòd iam aliquot annos mihi libri copia non sit,& parum fideliter continuerit lectionē memoria. Quare si Hippocratem aliosq́ diligentius paulò legissetis,& quid sentiant attendissetis, non tam hæreticam & falsam hanc nostram assertionem iudicassetis,nisi fortè, vt tam temerè de re verissima ꝓnunciaretis inuidia effecit: Neque Terraga tam indoctè in aphorismos scripsisset, quem errorē vt peruicaciter defendat cōtentionē hāc mouisse facilè quiuis coniiciet. Cæterum ad secundam assertionem accedamus. *Terraga*

In omnibus morbis acutis sanguinis missio congruit,cōstanstantibus viribus,& ætate.

NEq; hanc citra rationes, & autorum nō mediocriter docto-

rũ conſenſum euulgauimus. Quod (quæſo) fuerit incommodum vehementibus morbis omnibus tundere venã, ſi vires & ætas adfuerint? Imò certè maius aliquid huic ſententiæ adſcribo. Nẽpe ſi virtus conſtiterit, & ætas, non tantũ præſentibus morbis, ſed etiam nullo infeſtante morbo, atq; etiam citra plenitudinẽ, mittendum eſſe ſanguinem, præſertim ſi futurum magnum aliquẽ affectũ vereamur. Id q̃d ab Empericis etiã factitari ſcribit Galenus. Si quid ſibi velint, aut quantum momenti habeant duæ particulæ, conſtantibus viribus, & ætate, intellexiſſetis, aut diſcere potuiſſetis, nõ tam malè de noſtra hac aſſertione ſenſiſſetis, neque falſam, erroream, ſcandaloſam (ita enim loquimini) apud Senatũ impudenter dixiſſetis. Maxima autem

tem aſſertionis vis in duabus, his particulis ſita erat, quas, tantũ abeſt vt rectè perpenderitis, vt ne ad has quidem animũ aduerteritis. Cuius rei hoc ſignum eſt, quòd de his non memineritis in atteſtatiõibus, quas ad tuẽda veſtra (vt dicitis) iura, in Senatum produxiſtis. Quare audite iam, & niſi pudet, diſcite, quid ſibi voluerint hæ particulæ, cõſtantibus viribus, & ætate. Vires (ſiue facultates appellaueritis nihil refert) aſſentiemini opinor mihi ex primis qualitatibus, & partium commoderatione exoriri, niſi clariſſimorum philoſophorum, atq; adeò receptiſſimorũ, præſertim Hippocratis, Ariſtotelis, & Galeni placita euertere uolueritis. Quòd ſi fortè id ex Hippocrate colligere vobis nõ licet, nõ admodum in Galeni lectione verſa-

 tis,

tis, ex Ariſtotele in lib. de ortu & interitu, aut ex Galeno hauriatis ſexcentis in locis, potiſſimũ de elementis ſecundum Hippocratem, de temperamentis, de curandis morbis libro ſecũdo, & ſeptimo, in arte medicinali, & reliquis, quos iam ſi huc adducere velim, vix id multa pagina abſolueretur. Et quo propius animal ad temperiem acceſſerit, eò validiores conſtituuntur animãtis vires, & min9 culpatè ſuis officiis funguntur, & perfectius ſuas actiones obeunt. Contrà vero exiſtimãdum eſt vires imbecilliores reddi, ex qualitatum parũ congrua temperie, ſiue ex prima origine, ſiue temporis iniuria, ſiue aëris qualitate, ſiue cœli tractu, ſiue exercitio, ſiue viuẽdi ratione, ſiue ex alia id genus cauſa ea ꝑficiſcitur. Et partium inepta cõmoderatione,

ratione,cũ omnibus in medica arte principibus,tum Galeno autore, in lib. de locis affectis, in arte curatiua ad Glauconem, in lib. de morb. causis. Quibus ergo vires constiterint, & validiores fuerint, summa hos intemperantia minimè laborare oportet. Quod si eos vehementibus morbis affici contingat,aut statim affectũ iri præuideatur, sanguinis missione his opus est, si modo ætas non reluctabitur. Semper autẽ (etsi hoc non dicatur) intelligi vo lumus,vt sanguis,aut omnes, simul succi,quos tale temperamentũ procreauit natura,vacuentur. Quin adeò necessariam sanguinis missionem arbitramur,vt si hæc,quum fieri debuerat,prætermittatur, omnia, vel Galeno teste, incerta alia medicamenta sint. Proinde si qui fuerint *Gal.Method.lib.9.*

à temperaméto longiſſimè ſemoti, calidi,frigidi,humidi,aut ſicci, nũc flauam,nunc bilem atram,nunc pituitam aggregãtes, aut parùm congruam partium cõmoderationẽ ſortiti, atq; ob id vehementibus morbis corripiantur, hi idonei nõ ſunt, quibus ſanguis mittatur,ob virium imbecillitatem ex intẽperie,aut partiũ parùm apta cõmoderatione cõtractam,ſet aliis potius auxiliis occurrẽdũ eſt. Porrò in quibus omnibus mittendi ſanguinis ſcopos neceſſarios obſeruauimus his venæ ſectio peroptima eſt, & ſaluberrima. Quos verò iam magno quopiã morbo affici,aut propè eſſe, vt cũ morbo conflictẽtur,& virium, & ætatis ratione habita , eos omnes ſecandæ venæ ſcopos habere conſpicimus. Eſt igitur tundẽda vena iis, qui vehemen

hementibus morbis corripiuntur,ſi vires & ætas cõſtiterint. Quòd mittendus ſit ſanguis eis,qui ſcopos id ipſum indicantes habuerint,nõ amplius dicere oportet. Nam quibus mitteretur,ſi iis,qui omnes venæ ſectione indicantes fines habuerint, denegetur? Proinde tres tantũ phlebotomiæ ſcopi à Galeno in libris de curandis morbis,& de arte curandi per phlebotomiã ſunt traditi, quos noſtro illo proloquio comprehendimus, nimirum morbi magnitudo præſentis,aut etiam impendẽtis, vires idoneæ . atque ætas congrua,ne ſemper in plenitudinem (id quod vos ſoletis) reiiciendum tantum putemus,quum etiam,ſi grauem & vehementem imminere morbum videamus,homini nulla dum ægritudine correpto venam ſecemus. Hip

pocratis

pocratis doctrinam insequẽtes, qui docet occurendum esse morbis incipientibus, aut imminentibus, quæcunque præsentibus rectè adhiberi solẽt. At fortè obiicietis mihi, quod Auicenna, & Galenus, cum in aliis locis pluribus, tum in lib. de arte curandi per sanguinis missionem scripserunt. Hi enim nõ tria tantũ mittendo sanguini, sed plura longè inspicienda tradunt, nempe hominis temperamentũ, regionem, anni tempus, formam, repletionem, consuetudinem, viuendi rationem, & cætera id genus. Respondeo, omnia hæc ad tres illos scopos reduci, vt docet Galenus lib. de arte curãdi per sanguinis missionem, & in Methodo medendi. Cauillabimini fortassis & id verbi, quod diximus in acutis, vel vehementibus morbis, quum Galenus

nus de magno,aut valido, vt plurimum loquatur, & magnitudinẽ ad quantitatis, vehementiam verò ad qualitatis prædicamentum pertinere dicetis. Hunc ſcrupulũ vobis auferet Galenus, cũ in Aphoriſ.tũ in libro de criſibus. Virtute autẽ valere putamus (vt diximus) eum, qui natura bonam ſimilarium conſtitutionem, & cõpoſitarum partium cõmoderationem, ſit aſſequutus, nullá que incõmoda viuendi ratione, aut morbis vires labefactauerit, conſumpſerit, vel peſſũdederit. Quare nihil eſt, ꝙ afferre poſſitis, iis, quibus maxima crudorum copia, aut exuſtorum ſit aggregata, non rectè ſanguinẽ mitti: iis enim nullo pacto ad venæ ſectionem vires ſunt idoneæ, eiuſdẽ teſtimonio lib. de arte curandi per ſang. miſs. Ná ad intéperan-

tiæ

tiæ lapſum protinus vires proſterni neceſſum eſt, vt idem tradit, cùm in prædicto lib. tum in arte curatiua, ad Glauconem, & lib. quinto de ſanitate tuenda. Sed neq; iis, qui lõga febrium intẽperie exoluti ſunt, aut ægritudinis vi imbecilliores effecti, cum non ſufficiant vires ad ſanguinis miſſionem, quemadmodum eodem libro his verbis demonſtrauit: Nam quum febrilis calor multum ſanguinis digerat, & qui febre laborat abſtinenter victitet, neceſſario breui illum, nutrimentũ ex ſanguine deſtituit, interimq; uirtus exoluitur. Hæc Gal. ſubinde: neque difficile fuerit Galeni locũ ex hoc interpretari, cũ dicit omnes interiiſſe, q. bus medici venam ſecuiſſent, nulla temporis habita ratione, tempeſtate exquiſitè calida ac ſicca, qualis eſt

Lib. primo art. curat. ad Glauco.

tempore

tempore medio, inter canis ortũ & arcturi: non enim tunc caloris & siccitatis tam ingẽtis, vires exolutæ ad sanguinis missionem sufficiebant. Aetas deniq; ad venæ sectioné idonea florida est, & quæ hác sequitur. Paulus Aegineta phlebotomiam à quarto decimo anno rectè inchoari tradit, Auicenna à duodecimo, Galenus autem à pubertate, idq; artificiosius, quem alii sequuntur. Nõ me præterit tamen Auenzoar filio, nõdum quartum annum agẽti sanguinem misisse, sed doctiorem hunc ob id non existimauerim. Post sexagesimum annum non mittendũ sanguinem, nisi maxima vrgente necessitate, in eodem libro scribit Aegineta. Galenus autem, & huius interpres Auicenna, nullum terminum præfixere, arbitrantes hunc ex virium ro bore

Lib. 6. cap. 4q

bore colligi oportere: quãdo etiam ſeptuagenario ſecandam venam (ſi vires adfuerint) permittant. Galenus ipſe præſertim in lib. de arte curãdi per ſang. miſs. Quare ſi puero aut decrepito, vehementi morbo laboranti, non eſſe mittẽdum ſanguinem dixeritis, non continuò meam aſſertionem euerteritis: quando nec ætas puero, nec vires decrepito, ad venæ ſectionem ſunt idoneæ. Quæ ſi vobis intelligere licuiſſet, nõ tam temerè de meo proloquio iudicium feciſſetis: neminé enim vſque adeò τῇ διαβολῇ intentum exiſtimo, vt veritatem cognitá oppugnet. Cæterũ ne hæc ſine exemplo dixiſſe, atque adeò commentus videar, en vobis, quibus id cõfirmetur. Hippocrates ille in lib. de ratione viuẽdi in morbis acutis de hac re in hanc ſenten-

tiá

tiã ſcribit: In acutis morbis ſanguinẽ detrahe, ſi vehemens ſit morbus, & infirmus ætate floreat, viribúſque polleat. Et putatis, aliud me aſſeruiſſe, q̃ quod tradidit Hippocrates. At forte (dicitis) me ex indefinita oratione vniuerſalẽ feciſſe, verũ in hoc q̃ magnũ ſit peccatũ diſcite de dialecticis, qui indefinitum & vniuerſale pronunciatũ equipollere non abnuunt. Ite iam, & exclamate, Hippocratem in medicina hæreticum, & eũ, qui Hippocratis doctrinã amplexatur, in re medica ne principia q̃dem didiciſſe, & apud Senatũ inſigniter mentiamini, & deierate hác aſſertionem meã eſſe contra Hippocratis ſententiam, quæ tamen ſic cũ eius ſcriptis conuenit, vt de eo ad verbum expreſſa ſit. Set tam teneræ ætati parcimus, quæ Hippocratis li

bros

brōs nondum legere potuit. Porrò
ne Hippocratem ſolū nobis aſtipu-
lari credatis (quamquàm ſatis erat
medendi artis principem huc addu
xiſſe) diſquiramus, num aliter do-
cuerit Galenus, quàm ipſi aſſerueri-
mus. Hic enim vt fuit Hippocratis
interpres fideliſſimus, ita nihil non
eius ſcriptis conuenientiſſimum tra
dit, cum in multis locis, tum in lib.
de arte curandi per ſanguinis miſ-
ſionem (vt interim, quæ his non diſ
ſimilia ἐν τῇ θεραπευτικῇ ſcribit, omit-
tam) inquiens: Præterea vertigino-
ſis, quiq; aſſiduè corripi ſolent angi-
na, peripneumonia, pleuritidibus,
& hepatidibulis, ophthalmiis vehe
mētibus, aut (vt in ſumma dicam)
magno quopiā morbo. Nā in illiuſ-
modi omnibus, neceſſariū eſſe reme
dium, ſāguinis minutionē arbitror,
confe

confestim adhibitam, post habitam virium, atq; ætatis rationem. Idē in medēdi methodo: Quando si valēs morbus sit, cum viriū robore, nemo est, qui sanguinem non mittat, qui vtique in artis operibus sit exercitatus: semper autem intelligit ætate, vt alibi docuit, constante. Et iactatis adhuc me asseruisse aliud, quàm qđ tradiderint principes medicorū? Redite ad vos, quęso, & de re aliter, sat scio, pronunciabitis. Sed fortasse dicitis, nō acutis, sed nūc vehemētibus, nūc valētibus, nūc magnis hāc sanguinis missionē, habita & viriū & ætatis ratione, congruere. Id non admodū difficile fuerit dissoluere, postquam ostēdero vobis Galenum vt medicū eximiū, ita vocū religioni non admodū adstrictum, in rę potissimū libera vno semper nomine

D non

non vti, quin potius variis subinde vocibus (ne in ταυτολογίαν incidat) orationem efficere luculentiorem. Nihil itaq; harũ vocum (vehemẽs, magnus, valens morbus) diuersitas scrupi adfert his potissimũ, qui norint acutum morbũ aliud esse nihil, q̃ affectũ præter naturã, qui ob motus celeritatem sit periculosus. Sub hæc Celsus huic nostræ sententiæ apertè subscribit. Is enim ita inquit: Ergo vehemẽs febris, vbi rubet corpus, plenæq; tument venę, sanguinis detractionem requirit: item viscerũ morbi, neruorúmque resolutio, & rigor, & distentio, quicquid denique fauces difficultate spiritus strangulat, quicquid subitò supprimit vocẽ, quisquis dolor intolerabilis est, & quacunque de causa ruptum aliquid intus, atque collisum est, item

Quid morbus acutus.

malus

malus corporis habitus, omnésque acuti morbi, qui modò (vt supra dixi) non infirmitate sed onere nocēt: Hæc ille. His accedit quòd Guido Cauliacensis nobis non refragatur. Qui nunc stabitis, aduersus tot rei medicæ principes? à quibus in assertione mea ne latum quidé vnguem discessisse me, satis vobis cómonstratum puto. Sed ad tertiũ & quartum pronunciatũ accedamus.

A causis externis, quas medicorum vulgus primitiuas vocat, nulla sumitur sanandi indicatio.

Quartum axioma

A tempore nulla sanandi indicatio desumitur, in vlceribus sanandis.

HAec duo axiomata non alio consilio disputanda exposuęram, quàm vt Thessalia illa & plus

quam aſinina periret medicina, quã apud vos reuixiſſe videbã. Acceperam enim diſcipulos veſtros eãdem diſciplinam à vobis doctos, quàm Theſſalus quõdam ſuos Romæ docuit, quæ à doctis viris, Galeno potiſſimum, exploſa fuit, & demõſtrationibus efficacibusq; ratiõibus ſepulta. Huius autem diſciplinã ſi ab interitu vindicare adnitimini (id verò tãdiu facietis, quãdiu noſtras has poſtremas aſſertiones improbare pergetis) nõ effugietis, quin ipſo Theſſalo multò arrogãtiores & ſitis, & iure dicamini. Is enim rationibus ſua dogmata vtcũque confirmabat. At vos ne minima quidem ratione, aut oſtenditis, aut firmiora redditis, quæ affirmatis: ſet tyrannorum more, vobis ſola voluntas pro ratione eſt. Quæ abſurda omnia ſic

à Ga

à Galeno explosa sunt, vt in prius doctissimas easdéque firmissimas Galeni ratiocinationes aduersus Thessalum dilueritis, vobis respondere prætermittam, metuens ne frustra tempus extraham. Vos itaque valete cũ encomio, quod vobis & Thessalo, Galenus & Plinius canunt.

Physicam assertionem nõ est, quod tum rationibus tum philosophorũ autoritate confirmem, quando eam cum veritate coniunctam videri vobis, vel ex eo cognoscere licet, quod ea vestris machinis impetita nõ sit, vel quod in libris philosophorũ nõ sitis admodum versati, vel quod id vnũ inuidẽtiæ prætexere voluistis, vt id saltem (quod non intelligebatis) morsus vestros non sentiret, quanquam intellexisse satis iã omnes puto, in nullã rem vos magis oblatras-

 se,

ſe,quã quæ veriſſima eſſet,vobis tamen incognita,vt verum nunquam magis compertũ ſit,quod dici ſolet, Canes ignotis omnibus adlatrant. Quare quieſcite iam maledici,optima ſtudia, quæ iam effloreſcere occipiunt,ne tam perditè inſectemini, meliora colite. Veritatẽ cognoſcite & amplectamini. Si hanc nihil vos curatis,æquiſſima & virorum integritate ornatiſſima curia, ipſam agnoſcet, quæ inſcitiam veſtram, & perfidiam deteget.Perfidiã inquam eam, quæ ex veſtris de me teſtimoniis maximè elucet. Etenim quũ in id incũberetis ęquê omnes,vt me vrbe eiiceretis, falſa quędã teſtimonia ad Senatum protuliſtis, quæ ſigillatim ipſe percurram,cùm,vt oſtendã q̃ perfidè ea commenti ſitis,tum, vt cognoſcant omnes, ne his quidẽ af-

finem me esse. Primùm igitur affirmatis, me disputandi ordinem non seruasse, fateor, per Aesculapiũ, vestrum aut vestri similium cauillatorum ordinem non obseruasse, sed eorũ demũ, qui melioribus disciplinis sunt instituti. Me vestra argumẽta non repetiuisse passim clamatis. Sic res sanè habet. Sed quę vos argumenta dicitis, ego plantasmata, deliramenta, & meras nugas rectius appellabo, quas tam difficilè nobis repetere fuerat, q̃ vobis nostrã dissertationẽ intelligere. Neq; verò vestrũ quispiã vrgens, aut eruditũ argumẽtum ꝓferre nouit: excipimus tamen ab hoc nostro sermone, Marinum quendã, & Frãciscum Arnaldium viros sanè doctos, quorũ alter in nostram physicã, alter in medicã assertionẽ docta plurima aduexit. Sõnia

 mihi

mihi narratis, quũ ad vtrãq; partem me argumentari oportuisse fertis. Hoc est (ni fallimur) eorum institutum, qui tempus tantũ trãsmittere, & hisce technis auditorium ludere quærunt, ne tãdẽ rerum angustia & arguentiũ vi districti, si diutius certandũ sit, inuiti succũbant. Nonne oportuit partis vtriusq; tũ argumenta, tum rationes calluisse, qui aduersariorum argutias diluere instituit? Sed neq; id omnibus seculis est obseruatũ, vt impudenter scribere nõ veremini, quod aliquot infelicioribus, & superstitiosis, parúmq; doctis viris cauillatoribꝰ magis est admissum. Proinde mera ex ignorãtia, & rei medicæ inscitia prodit, q̃ secundum pronũciatũ nulla ratione, aut testimonio sustineri posse scribitis. Nã si prius rationes nostras, & Celsi

loca

loca nõ ignoraſſetis,nõ tam temerè de eo ꝓnũciauiſſetis. Si cõtra Hip. Gal. Auic. & veterũ diſciplinã eſt, locos mõſtrate, quorũ ne minimum quidẽ adduxiſtis. Sed vereor ne noſtrã magis quam veſtrã ſententiã cõfirmẽt. Magno malo reipublicę hoc proloquiũ ſuſtineri dicitis. Hoc eſt mendaciũ, quod docti facilè cognoſcunt, & id iam in medica arte principũ autoritate oſtenſum eſt. Quin ſi quis huic ſententiæ aduerſetur, tã magnũ dãnũ Reip. inferet, q̃ quod maximũ. Quot enim ad ſtyga demiſiſſe oportuit eum, qui nullã propè dixerim, venã ſecuerit in vehementibus morbis, quales in Aquitania oboriuntur? Non reſpondiſſe arguttiis, & aduerſariorũ argumenta me non ſatis diluiſſe contenditis. Longè ſecus res habet. Docti qui nos au-

diuere,

diuere, & argumentis nostras asser-
tiones oppugnarunt, quorum cōsen
su & applausu vrbe donatus fui, sa
tis me fecisse iudicauerunt, neq; no-
uam argumentorū solutionem exi-
gunt, vt vos, qui nihil vrgens adfe-
rentes denuo responderi petitis, alia
opponenda fuerant arguméta, prius
q̄ noua responsa exigeretis. Quod si
feceritis, id magni cuiusdá beneficii
loco duxerim, statimq; vobis satisfa
cere conabor. Medicinales termi-
nos malè me intellexisse scribitis;
» Cōtroperantiá q forte recipere no-
luerim, verbū barbarum, agrestè, &
inauditū nec apud doctorū quépiá
inuentū, vos (vt video) non medici
» næ modo terminos (sic enim loqui-
mini) & instrumenta perperam in-
tellexistis, sed & rem ipsam in totū
ignorastis, dū Hipp. Galeni, & alio-
rum

rum rei medicæ principum ſcripta non legiſtis. Indignũ me eſſe, qui rẽ medicã Burdigalæ ꝓfitear ſcriptũ reliquiſtis. Si ad id in quo medicũ verſari oportet, aut arduũ diſciplinæ negociũ ſpectetis, id vobis facilè dedero, ſed neq; vos ꝓpterea hac ratione digniores cõcedã. Quis enim tam dignum animal, qualis eſt deo ſimilis homo, ſatis dignè tractare poteſt? aut tam recõditã artẽ, qualis eſt medicina, exactè cognouit? Quod ſi ad fructum, & quantũ quiſq; hac diſciplina ꝓfecerit alludatis, profectò id de me, quem tam inſciũ medicinæ appellaſtis, nec citra modeſtiã proferre non vereor, plus videlicet quinquẽnio, in arte pæonia, cũ emũcto meo Galeno ꝓfeciſſe, quam vos toto ætatis veſtræ curriculo, cũ empericis veſtris didiciſſe cognouerim

Ni

Ni diutiꝰ ſtuduero,fertis. Rectè me hercule, ſic adhuc ſpes eſt medicinā aliquando me dignè profeſſurū. Set vos ad ſtudium iam non relegabo, ad quod tum ob ætatem iam defectam, tum ob ingenii ſtuporem parum idoneos exiſtimauerim. Hoc pactò rem medicam profiteri vobis nunquàm permittam, vt qui id nominis nondum meriti ſitis. Cæterum tam peculiare eſt vobis mentiri, vt etiam inſigne mendacium coràm Senatu cōminiſci non puduerit. Scribitis diem vobis fuiſſe dictum, quo ex me practicas (vt fertis) veſtras nenias exigeretis. Hoc quàm falſum ſit, nemo eſt qui non videat, qui vrbis Senatuſconſultum perlegerit: illic enim non practica veſtra ex me ſciſcitari phantaſmata iubent æquiſsimi decuriones. Set ꝙ

minus

minus ſatis eſſe factum quereremini, & noſtra axiomata me abſente, inuidia caninàque rabie dilacerata minus probaretis, mihi iuſſum fuit cumprimum redii, vt denuo vobis diem indicerem, quò ceruicoſos animos expleretis, & quæ condemnaſtis, vobis iudicibus ſolis & litigatoribus, coram arbitris & conſtitutis decurionibus denuo impugnaretis, & (quẽadmodum minitabamini) ſi animus ſufficeret, conuinceretis. At quum integerrimi huius vrbis rectores, veſtras tam pueriles rationes poſt nouum certamen initũ nouerunt, & vos ſolum inuidia laborare, ac filiis, & nepotibus tantũ prouidere, me, inuitis omnibus vobis, vrbe donarunt, & in medicum Burdigalę acceperunt: ꝙ id quidem rei pub. cõmodo (licet vobis parũ ẽ re)

esse

esse viderent, quum vos. Non horũ decretis acquiescere voluistis, sed veluti furẽtes ab iis, quorum authoritate vobis hic esse permittitur, nõ erubuistis deficere, & quæ iura consuetudo & leges duodecim viris tribuerunt, aliò, nempe ad supremam curiam transferre conamini, adeò vt iam vipereum illud genus referatis. Sicut enim viperæ proles enascens, matrem extinguit (teste Nicãdro) ita vos vrbis authoritatem, qua viuitis, opprimere contenditis. Abutimini iam ciuium facilitate. Vnde vobis tanta audacia, vt ciuitatis mores & decreta inuertere nitamini? Quinã vobis est locus, authoritas, aut munus gerendæ reipub. vt quod æquissimi decuriones censuerunt, tres quatuórue priuati aduenæ & noui homines rescindatis? ô Burdigala

gala expergiſcere, tibi noui erigun-
tur cenſores, qui tandē occupabunt
Rempub. munia tibi iam præripue-
runt. Triumuiratum exortum con-
ſpicio niſi occurras. Hactenus ad ve
ſtras atteſtationes, in cēſuras noſtra-
rum aſſertionum breuiter reſpõdi-
mus, ex quibus commentum etiam
aut ſomnium magis, quod de pleu-
ritide in apertum produxiſtis, lu-
culentiſſimè apparebit quum
ex meis proloquiis neuti-
quam colligi poſſit, niſi
truncata ea cita-
ueritis.

IAC. ALLAXINI CORG. CIVIS & medici Burdigalenſis Annotationes in quæſtionem medicinalem, quorũdam Burdigalenſium medicorum nomine euulgatam.



VI melioribus diſciplinis ſunt addicti, vel in ipſo quæſtionis indice multa deſyderant, primùm latiniorẽ ſermonem, rei autem, quam tractatis, periti, ſententias, & rectius iudiciũ. Latinum quidem ſermonem, ꝙ dũ totis neruis eò adnitimini, vt latinè dicatis, nihil minus præſtatis, adeò vt balbuties iſta (ne interim ſer

monem

monem appellem) nõ græca, aut latina aut hebræa videatur. Respondebitis, sat scio, illam veterem, & vobis peculiarem cantionẽ, ægros non eloquentia sanari, sed oportunis auxiliis ægritudinibus admotis: Neq; debere quẽpiam græcam aut latinã phrasin venari, vel de voculis, & nominibus cõtentionẽ inire, vt se medicũ profiteatur & ægros curet. Idq; ex Galeni scriptis, ostendere contendetis, ex secũdo libro Methodi medendi, vbi nõ insistendũ nominibus iubet. Rursus ex tertio, vbi de nominibus minimè docet contẽdere. Deniq; ex vndecimo, & decimo quarto, vbi eadẽ præcipit, quæ superioribus libris. Sub hæc ex lib. de Symp. differẽt. id ipsum mõstrare facilè videretur, vbi docet, ꝙ ad nomina ptinet, pacẽ celeriter esse componẽdã,

non contraria morborum esse remedia dixerũt, aut qui præsentionem, non prædictionem, ἀπόσκημα, non abscessum dicendũ peruicaciter tuentur. Si enim rem nouerimus, quid facit ad profligandum morbum, si arquatũ siue auriginosum, siue regiũ appellaueris affectum? Qui de hac re nihili planè, nimium anxiè contendunt (quod facere solent recentiores quidam medici) id iure vitio verti potest, qđ Prodico viro, alioqui cæteris rebus cõmẽdabili, apud Platonẽ Socrates dat crimini, nimiá nempe in nominũ significationibus operositatẽ. Nominũ itaq; proprietas (si rẽ rectè perspiciatis) neque à Galeno, neque à Platone spernitur. Quin ille orationis uim & proprietatem dictionũ (quæ orationẽ maximẽ perspicuam reddit) sic amplexatus

Plat. in Cratylo.

xatus

xatus eſt, vt hac omnibus ſui ſeculi longè ſuperior, in præſagiis precepe rit tantũ nominibus & orationi ſtu dẽdum, quantũ ad illuſtriorem eo-rum, quæ dicimus, ſignificationem faciunt: & in libris de facultatib. na turalib. de hac re idẽ his verbis ſcri pſerit. Nos verò (inquit) claritatẽ, maximã eſſe virtutẽ dictionis per-ſuaſi, eã nulla perinde re atq; inuſita tis nominib. vitiari credimus, prout hominũ vulgus cõſueuit. Porrò his qui alios ſunt docturi, nullã maiorẽ diligentiã adhiberi oportere iubet, q̃ vt ꝓbè nominũ proprietatem te-neant. Eius autẽ verba ex Methodo medendi huc aſciuimus. Verũ (in-quit) qui alterum docere volet, quæ ipſe tenet, huic prorſus nominibus pro rebus vti opus eſt, in quorũ vſu claritas quaſi meta ſpectanda eſt.

Lib.1.præſag.

Lib.1.de facul.nat.

Method. med.lib.2.

Nam qui ſic nominare quæque ſtudet, vt is qui diſcit, clariſſimè intelligat, is optimus præceptor fuerit. At quis (per muſas) quę loquimini ipſi intelligat? niſi apud Gothos educatus fuerit, quorum ſermonē ſonatis. An vos exaudiret Galenus? qui nūc

„ ſolœciſmos, nunc barbariſmos dam

In commẽ. in præſag. nat. Hícne veſtrā controperātiam, aſſellationē aut id genus monſtro-

„ rum cōgeriē admitteret, qui ad Platonis præſcriptum περιφράσει vtendū eſſe potius, quàm vt barbaro nomine aliquid appellemus iubet? Verba eius ſunt hæc in lib. de ſympt. cauſis. Atq; multi res ipſas non cognoſcentes aliis omninò nullum nomē impoſuerunt, aliis verò inepta indiderunt. Itaq; ne nomina nobis imponant, caueamus. Non ferret Galenus vos à doctorum placitis de mor

borum

borum nominibus diſcedere, tã bar bara & inepta nomina confingẽtes, qui quum de morbo quodã loqueretur, cui à priſcis nullũ nomen inditum erat, ita inquit: Quamobrem oratione potius explicandus eſt, q̃ nominibus extremè barbaris, qualia à recentioribus medicis plurima iam ſunt vſurpata. Et audetis adhuc lõgè præclariſſimam medicinã talibus mõſtris deformare? Rectius autẽ iudiciũ in vobis deſyderãt, q medicinę cãdidati ſũt. Etenim quũ de re minimè controuerſa, & lippis ac tõſoribus (vt aiunt) cognita ſcribere aggredimini, παράδοξον tamen quoddam magni momenti ſcripturos vos pollicemini. Quis vnquàm tam delirus fuit, vt omni in pleuriti de venæ ſectionem probaret? quum puero, decrepito, exoluto, tabidóue

nulla ratione miſſio ſanguinis fieri poſſit. Quis porrò (niſi fortè omnis diſciplinæ expers, vel merus emperricus) dubitare potuit, eadẽ viuendi ratione deſtillationem, anginá, morbum deniq; lateralem in omnibus præcaueri nõ poſſe? Certè Hippocrates tot libros de ratione viuendi fruſtra conſcripſiſſet? Auicenna etiam temerè id laboris ſubiiſſet, et (vt alios prudens prętermittã) Galenus ipſe, poſt Hippocratem facilè princeps, tot ſcripta de ſalubribus & de viuendi ratione poſteritati nequicquam tranſmiſiſſet, ſi vnica viuendi ratione morbis omnibus occurrere aut ſanare valuiſſem9. Quã cõmunitatem iam præcauẽdis morbis puero cum decrepito eſſe, pituitoſo cum bilioſo, aut ſanguineo cũ melancholico adducere poſſetis?

Hæc

Hæc ſunt me hercule pluſq̃ anilia deliramenta, ex quibus tamen magnam gloriá aucupamini, ſimul ex eo, quòd quę iã ante duos annos domi meditata ſunt, feſtinanti (vt loquimini) calamo ędita à vobis iactatis. Ná quum illud: In omnibus acutis morbis congruere ſanguinis miſſionem, conſtantibus viribus, & ætate, impugnaretis, id in dubiũ venit, quod recens emiſſum à vobis dicitis. Quæſtionem veſtram medicinalem intelligo, quam in februario conſcriptam ex capite illo: Qualia ſunt iſta cibaria quadrageſimalia, videre eſt, & magna feſtinatione calami ęditam oſtentatis. Quæ quum emunctioris naris homines probè ſubodorentur, periculum eſt, vt in rebus aliis vobis credãt, hominibus ſanè φιλολόγοις, atq; adeò mendaciis

laudem

laudem hominum captantibus. In ea autem re, si doctorum hominum iudicio acquieuissetis, libellum vestrum tantisper domi, iuxta Horatianum præscriptum, retinuissetis, dũ maturuisset, & si licuisset eo tempore à mendis repurgare, in eis detergendis opera mihi non esset insumenda, quam in rebus aliis collocarem multò consultius. Cæterum ne harum rerũ imperitis imponatur, annotabo aliquot quæ à vero abesse mihi visa sunt. Nam qui omnia repurgare laborarit onus certè subibit non multo leuius, quàm qui augiæ stabulũ expurgare contenderit.

Annotationes in proloquium.

RAbidam quandam & perniciosam pleuritida in fine hyemis nobis obortam narratis, quæ ne opportunis quidẽ (vt fertis) remediis dispelli

diſpelli potuit. Ego morbum illum lateralem, multos infeſtantem ſuperaui diæta, fomẽtis, clyſtere, ſanguinis miſſione, eclegmate, & cęteris id id genus auxiliis: & tota hyeme, qui hoc morbo laboraſſet ne vnus quidẽ, mea opera adiutus interiit. Quo fit vt iam nobis ſit perſuaſum, hunc affectum vobis incognitum eſſe, atque ob id rectam vos curationẽ nõ adhibuiſſe, quando in ipſo morbi principio priuſquàm materies (hác morborum cauſam appello) in aliquod membrum incumberet, quæ præſertim ob motus, & incõſtantiá, & celeritatẽ ferè peſtilens & exitialis videbatur, quum & viriũ & ætatis ægri habita ratione vena tundenda fuerat (ni fallor) quod nõ ſecus ac Eraſiſtrati ſectatores fugere ſoletis, aut ſaltem quibus id fieri non li

cebat

cebat aluus medicamento (vt censet Hippocr.) ducenda, salubre nullum aut efficax afferre poteratis remedium.

In cap. primum.

ARistotelis axioma hic profertis, quod sanè amplector. Quis enim de re quapiá rectum faceret iudicium, ni prius hanc agnouerit. Quod autem ex eo colligitis, neminem de iis ægritudinibus rectê iudicaturum, nisi (vt obstrepere soletis) theoricá & practicá exactè nouerit. Si vestræ inscitiæ probê conscii fuissetis (quam falsa quędam doctrinæ persuasio non sinit, vt rectè cognoscatis) hoc vos gladio non iugulassetis. Etenim si tam exactè artem didicistis (quam per theoricá & practicá vos intelligere opinor) cur sanabiles ęgros à morbo non vindicastis,

ſtis, & morituris malè ominati fuiſtis, ne ciues & ſenatores vos perdidiſſe vbiq; audiretis? Prædicēdo.n. (vt Galenus inquit) medicus inſons efficitur interitus: quod Hippocrates etiam planè docet in præſagiis. Porrò ſi practicā & theoricā aliud q̄ rationalem medicinam appellatis non vos feret Galenus, qui ex ratione iudicium oriri ſcribit, in primū Hippocratis aphoriſmum. Niſi fortè emperricorum more iudicium eorum, quæ experientia eueniunt diiudicationem dixeritis. Quod autem dicitis ei tantum accedendū eſſe, q in arte ſua ſit planè exercitatus, ꝓbè mihi feciſſe videmini, vt q nemini poſthac impoſituros vos oſtēderitis artis ipſius, quam nunq̄ fuiſtis aſſequuti, ignorātia. Si enim medicinā rectè noſtis, dicite, quæſo, cur tot Lib. 1. præſ.

exitialiter

exitialiter affectis, non ſine magna & nominis & rei iactura aduſq; extremã vitæ horulã ſine futuræ mortis præſagio potionem adpoſuiſtis, vt ſtatim veneno epoto, animã effla rint. Aut ſi ſanabiles hi erant, cur à morbo non aſſeruiſtis?

In ſecundum cap.

LOnga annorũ ſerie perniciosas quaſdã ægritudines oriri aſſeri tis: ſed ne vnum quidem morbum interim oſtenditis. Ego, vt vobis etſi immerentibus proſim, apud Pliniũ Secundum lego, nonnullos morbos aliqua ſecula mortalibus aduehere, aliqua abolere. Gemurſa enim apud priſcos morbus infeſtiſſimus Plinii æuo, quemadmodum noſtro periit omnino, obliterato etiam nomine. Lichen verò (latinè mentagra dici tur) apud veteres ignota, Tiberii

Plin. natur. hiſt. lib. 26. cap. 1.

Claudii

Claudii Cæſaris principatu primũ irrepſit in italiá. Morbus venereus (gallicum appellant) ante Caroli egregii Francorum regis tempora nunquá viſus eſt. Elephas in Italia ante Pompeii magni ætatẽ ignotus erat. Carbunculi præterea ante L. Pau. Q. M. cenſorum tẽpora nõ viſi ſunt. Adhæc Deũ hominibus morbos immittere ſcripturæ authoritate ex veteri teſtamento (vtiná & ex nouo) adſeueratis. Scio equidem eá quorũdam philoſophorum, poëtarum, & iuriſconſultorum fuiſſe ſententiam. Verum medici doctiores non in aſtra, non in cœlũ, nõ deniq; in ipſum Deũ morbos & eorũ cauſas refundunt, ſed in ipſa elementa, anni tempara, in ventos, pluuias, & cætera id genus: quin interdum, & in ipſum hominẽ affectus reiiciũt.

Quod

Quod ipſum ne à me confictum pu
tetis,en vobis Hippocrat. qui mor-
bum comitialem,nunc in Cybelen,
nunc in Neptunum, nunc in Mar-
tem,nunc in Hecaten,nunc in No-
mium Apollinem aliúmue deum
reiicientes, ridēdos putat, vel ob id
maximè,quòd præterq̃ quòd deum
ipſum non ſanctum,impiúmq; effi-
ciunt,nō vident morbis correptos
tempore ſanguine miſſo, & oportu
nis auxiliis,nō expiamentis ſanari.
Eius verba huc adduximus: Malū
Lib. de ſac.morb. verò hoc (inquit) nihil mihi diui-
nius ſacratiusq; habere videtur,q̃ cę
tera mala,ſed eādē & naturā,& cau
ſā,qua gignatur,quā & cętera mala.
Natura quidē & cauſa hui9 diuina
eſt,ſicut & cæterorum,medicabileq;
non minus eſt, quàm cætera mala.
Rurſus de cœli qualitate ſic inquit.
Cauſam

Cauſam verò huius rei incolæ deo tribuunt, hosq́; homines colunt ſibi timentes, ne talia patiantur, & eueniant. Mihi verò hæc & alia mala omnia diuina eſſe vidētur, nec vllū magis eſſe diuinum vel humanū, q̄ aliud, ſed omnia ęquè diuina. Nam horum vnumquodq; ſuā naturā habet, nec quidquā ſine natura gignitur. An nō ſentitis vos eſſe antiquorū ſuperſtitioni affines, qui in aſtra reiicitis ea, quorum propinquas, ꝓprias & germanas cauſas (ſi medicorū nomine iure cenſeri velitis) ſcire oportuit? Quòd autē Galenū veſtræ ſententiæ ceu ſubſcriptorem citatis, magnū præpoſteræ veſtræ eruditionis ſpecimen ſenatui exhibuiſtis. Hic enim, etſi rebus grauiſſimis occupatus, locū illum Galeni primo præſag. perperā intelligi à vobis no

Lib. 1. de aër. aq. & locis.

F uit,

uit. Quis enim nõ videat à Galeno in eo loco eos reprehendi, qui ob irá quandã deorũ hominibus morbos contingere arbitrantur? Ite nunc & iactetis vos. Galenum rectè assequi. Dolet mihi permultùm infelicitas, quibus rerũ adhuc imperitis id genus mendaciis imponitis.

In tertium Cap.

HIc mihi arrogantiam vestram perspicere subit. Nam quũ in ipso statim principio ex malo astrorum conspectu procreari morbos dixeritis, vt id probetis vnius Guaynerii, seuerioribus nõ admodum probati, authoritate nitimini, astrologorũ, aut insignis cuiuspiã medici rationes lõgè felicius, si licuisset adducturi. In fine autem à proposito procul abducti, corpora nostra aëre exiccari solis & syderũ viribus, ex

Auicenna

Auicéna accersiuiſtis. Quæ q̄ bene quadrent instituto à vobis sermoni, viderint alii. Ego verò ob inęquales ambientis aëris status, quales in Atheniensiũ pestilentia fuisse scribit Thucydides, aut ob aliqua putredinis contagia, qualia ex Illiriis futura Hippocrates Atheniensibus prædixerat, ex corporũ aliáue id genus putredine contracta, vel ob succos inepta viuendi ratione creatos putredini obnoxios, & animalis facilê patientis aptitudinẽ multa mala eaq; maligna ꝑduci cũ Gal. crediderim, & rursus statim aboleri. Id quod videre erat in Græcorũ apud Troiá exercitu, vt scribit Homerus primo Iliad. Irat9 enim Apollo Gręcis, ob raptá Chriseida, vt idem Homerus fingit, suis telis sic in Græcos excáduit, vt non iumenta modo, sed

Thucy. lib. belli. Pelo.

Plin. lib. 7. cap. 37.

 homines

homines ipsi ab eo interirẽt, q̃ mox reddita cũ munerib9 Chriſeide etiã cõquieuit. Sed ad id quod in huius cap. calce aſſeritis trãſeamus. Quis bubulcus aut foſſor id nõ tam rectè
» dixiſſet, fortè rabidã illã pleuritida adiutã eſſe à ſolis & lunę eclipſi mẽſe Ianuario. An nõ vos medicos pręſertim, quos aliis plures faciendos, Homer9 exiſtimat, decuit id aut ſcriptorum authoritate, aut rationibus confirmare? Quid ſanũ ab illis medicis nunc expectari poteſt, qui nihilo plus ſapiunt, quã bubulci? Obteſtor vos per Apollinẽ, vt poſthac caueatis, ne veſtra impudentia, aut potius inſcitia dedecus in medicorum ordinem inferatis.

In quartum cap.

EX his quæ raro contingunt, admirationem proficiſci ſcribitis, ad

ad idq́ probādum aliquot verba ex Auicenna extorſiſtis. Admirationē ex ipſa ignorātia ego poti⁹ credide- rim ꝓdire. Atq; vt id vobis oſtēdā, referā quod Gal. ſibi accidiſſe nar- rat. Hic enim quū primū Romā ve- niſſet, à Glauconeq; philoſopho ad Siculū medicū præ ægritudine de- cūbentē deduct⁹, inſpectis obiter re cremētis, & cōtactis arteriis iocino- ris affectū deprehēdit, quā ob rem, vnicè Galenū. admirati ſūt, Glauco & Siculus: cui⁹ admirationis nō fuit cauſa alia, vt putat Galenus, q̄ quòd ipſis nondum licuerat affectas ſedes doctrina quapiam noſſe. Sic vulgus ad horologiorū mot⁹ ſtupere ſolet, dum pōdus motionis cauſſam eſſe ignorat, quā vbi norint, horologia non amplius admirabuntur. Neq;, arbitror, lapidem Heraclium, ꝗ ra-

De locis aff. lib. 5. cap. 7.

rò ferrum trahat, aut ꝙ ab hoc lapide cõtactũ ferrũ ad arcton vertatur (semper enim & magnes ferrũ trahit, & id attactum, si modo in ancipiti constitutũ fuerit, ad arcton vertit) set quod horũ causas nescimus, admiramur. Quam sentẽtiam non modo Auicennæ in eo loco, quem vos adduxistis, sed etiã vestrã fuisse ex eo facilè est coniicere, ꝙ in proximo huic cap. dixeritis, medicos nõ admirari tam rabidam pleuritida, sed eos demũ, qui huius causã ignorant. Quam rem non asseruissetis (opinor) si rectè illud nouissetis, Mendacem memorem esse oportet. Ego verò aliàs demonstrabo Auicennam illic non sibi pugnare.

In quintum cap.

ANte Hippocr. secula de angina (quam græci συνάγχην non squinan

ſquinantiam dicunt) pleuritide, & attonito morbo (quam ἀποπληξίαν Græci appellant) ſermonẽ factũ adſeueratis, ô Apollinẽ, q̃ vanè. Quis enim quæſo, ante Hippocratem de medicina rectè ſcripſit? Poteſtisne huius rei authorem aliquem proferre? Conſultius vobis factum fuiſſet, ſi prius quàm id aſſeruiſſetis, legiſſetis apud Galenum, primum omniũ Hippocratem naturæ opera noſſe, atq; de morborũ generatione & remediorũ inuentione (ſi Plinio etiã creditis) ſcripſiſſe. Galeni autẽ verba ſunt lib. 2. de facult. naturalib. Hæc omnia atq; etiã alia q̃ plurima, tum de prædictis facultatibus, tum de morborũ generatione, tum remediorũ inuentione Hippocrates omniũ poſt hominũ memoriã primus rectè dixit. Ariſtoteles poſt eũ rectè

Gal. lib. 1. de natural. facult.

Plin. 26. lib. cap. 2.

 eſt

est interpretatus. Quid impudentius à vobis fieri potuit, q̃ vt aliud, atq; facilè omniũ princeps medicorum Galenus, sentiretis. Putatísne vsque adeò simplices homines hic esse, vt his facilè imponi possit vestris mẽdaciis? Sed verò hoc ex Hippocrate huc adducere potuistis:

Lib. 3. præs.

Angina, periculosissima est, celeriterq́; enecat, si neq; in faucibus neq; in ceruice q cquã apparet, si dolor vehemẽs est, si vix spiritus trahitur: etenim eodẽ die iugulat, licet interdũ vsq; ad secũdum, aut tertiũ, aut etiã quartũ ꝓtrahatur. Quæ verò in reliquis quidem non minore dolore afficit, in faucibus verò tumorem ruboremq́; excitat, superiori non minus periculosa est, sed lõgius spaciũ habebit, præcipuè si vehemens fuerit rubor. Sed tum prȩcipuè malum prolon

prolongatur,quum non ſolùm fauces, ſet ceruicem quoq; rubor occupat:maximè verò poteſt ab ea ſecũda valetudo contingere, ſi rubor ſimul & ceruicem & pectus comprehendat, neq; ad interna reuertatur eryſipelas. Et ἐπιδημίων ſexto ita de ea loqtur. Nõnullis veró fauces inflãmabãtur, qbuſdá anginæ fiebãt. Paulò poſt: liberæ verò duæ anginę laborarũt ſed leuiter:ſeruæ autẽ vehemẽtiſſimè,celeriterq́; pdebantur. De ratiõe viuẽdi in acut.morb.li.4. de hoc etiã affectu loqtur,eiúſq; curationẽ mihi docetHuc accedũt quę de eo affectu lib.2.de morbis,& ἐπιδημίων ſcđo ſcripſit.De pleuritide autẽ eò plura ſcripſit,quò crebrius homines infeſtat,cui⁹ tũ cauſas, tũ formas,tũ etiã naturã ptractat,lib.primo de morbis,lib.de morbis extrin

ſecus,

ſecus,ſecundo lib. de locis in homi ne,lib. aphoriſmorũ,lib. præſagiorũ,lib.prædicatorio primo & aliis multis. Curationẽ verò non minus expeditam,q̃ ſalubrẽ docet,lib. tertio de morbis,lib.quarto de ratione viuẽdi in morbis acutis,lib.de morbis,qui extrinſecus,& lib. de morb. qui intrinſecus. Quæ de epidemiali pleuritide (qualẽ vos innuere videmini) ſunt ab eo ſcripta, fuerant ex ſeptimo ἐπιδημιῶν colligenda. De attonito morbo (ἀποπληξίαν Græci vocãt) loquutus eſt lib.aphoriſmorũ tertio & ſecundo his verbis: Soluere morbũ,quem apoplexiam vocant,fortẽ impoſſibilè, debilẽ verò non facilè:& ſexto lib.de eo morbo ſic loquitur. Apoplexię autẽ maximè fiunt à quadrageſimo anno vſq; ad ſexageſimum. Si ex his locis &

aliis

aliis multis (quos prudétes omiſi-
mus) hos affectus non eſſe nouos
oſtendiſſetis, nõ dubitò quin maio-
rem fidé vobis lector adhibuiſſet, q̃
quũ Sauonarollam, non receptũ au
thorẽ, ſic ꝑfertis, vt Apollinẽ alterũ,
à quo nõ ſit deſciſcẽdũ. Quæ q̃ de-
ceant maturum iſtud ſenium, quod
in omnibus ferè authoribus verſatũ
oſtentatis, vos ipſi videritis.

In ſext. cap.

HInc deprehendi eorũ errorem,
qui vos iſtorũ affectuũ cauſas,
rationé, & curationé neſcire dicũt,
colligitis. In qué hæc dicta ſint ne-
ſcio, niſi fortè in plebẽ ipſam, quæ ꝗ
Senatores, & viros vrbis præcipuos
videret morte arripi, vobis tamé a-
pud ægrotos aſſidẽtibus, atq; nullũ
aliud remediũ afferẽtibꝰ, quã illud,
id genus morbi eſſe ſtupẽdum; vos
audi[illegible] nec

nec morbũ, nec morbi caussam, ne
curandi non modo hos affectus, se
nec alios quosuis morbos rationem
nouisse passim clamabat. Mihi au-
tem tale quicquã dixisse non cont
git, ne me huius rei authorẽ arbitr
mini. Verũ quum vestras rationes
quas de his affectibus affertis dilig
tius inspicio, plebem non immerit
conquestã agnosco, & vos nõ plan
rẽ ipsam assequutos intelligo, quan
do non ostenditis, quæ morbi caus
sit, & vnde morbus ipse ꝓdierit, nũ
in deum, nunc in astra, nunc in solis
lunæq; defectus, idq; per possibile,
morbum reiicientes, cũ disiunctiua
etiã cõiunctione. Quis enim talem
de his morbis cõmentationẽ non ri
deat. In quo q̃ magnam nominis ve
stri iacturã feceritis, tum demũ sen-
tietis ipsi, quum plus vobis à doctio
ribus

ribus tributũ ante conſcriptá quæ-
ſtioné,q̃ vos merueritis (illiteratam
ſanè eruditioné veſtrã libello veſtro
prodéte) audietis. Vt autem huius
rei retractãdæ vos admoneã, aliun-
de iſtorũ affectuũ cauſas prodiiſſe
arbitramur. Nam morbus lateralis,
angina, & apoplexia fieri conſueue-
re, quoties oppleto capite, vel toto
corpore, ſucci aut meatus omnes ce
rebri penitus occupant, aut collecti
ad fauces, dolores, febres, ſtrangula-
tiones mouent, aut mẽbraná coſtas
cingenté appetentes, tuſſim, anhela
tiones, doloré, febrem, aut pulſum
ſerratum more inæqualé efficiunt.
Quæ verò externarũ & apparentiũ
rerũ huiuſcemodi ſuccorũ fuerint
cauſæ, luculétiſſimè videre videor,
dum exacta tépora & tépeſtates ad
Hippocratis aphoriſmos expendo.
Hyems

Hyems enim antè acta fuit admodum pluuiosa, & non mediocriter humida, quæ humores fluxionibus idoneos ꝑducere, & corpora, caput pręsertim, humoribus replere solēt. Deinde multi austri in hac ora per potiorē brumę partē, & veris nō minimā, latè regnauerunt, qui mortalium corpora humectantes & succis capita replētes, prædictis causis ad morborū procreationē accesserunt. Tales verò tēpestates huiuscemodi affectus ꝑducere, scribit Hippocrates aphorismorū tertio, in hæc verba. Austri auditū hebetantes caliginosi, caput grauantes pigri, dissoluētes, dissoluunt corpora & humectāt etiam. Itē morbi in pluuiarū multitudine fiunt magna ex parte febres lōgæ, alui ꝓfluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti (quos ἀποπ

πληξίας græci vocant) & anginæ. Vinum pręterea, imo mustũ potius huius anni, humidũ crassum non defecatũ, dulce, & ob id largius epotum ad id magnoperè confert. Corpus enim & caput præsertim iis succis, vnde tales affectus ꝓdire solent, infarsit. His accedit, ꝙ nõ graciliores sed humidiores & magis obesi his affectibus ferè laborabant, idq́ꝫ hyeme, & vere tantũ, quibus hæ ægritudines peculiariter vigere solent, vt inquit Hippocrates iis verbis. Hyeme verò morbi laterales, pulmonis inflãmationes, grauedines, atqꝫ raucedines, tusses, dolores pectoris, laterũ, & lumborũ, capitis dolores, vertigines, & apoplexię. At vere (inqt) furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia sanguinis & anginæ. Sunt ergo pluuiæ, austri, mu-

stum,

ſtum, peculiaris oræ humiditas, & corporum humida conſtitutio, quę huiuſmodi affectus inuexerunt in Aquitaniæ Burdigalam, nó cancri trãſuerſus inceſſus, ſolis lunæúe defect9, aut ſcorpii nodoſa cauda. Ad hæc, notiſſima hæc per cauſas & ſigna euidẽtiſſima dicitis eſſe. At ea interim in veſtra cõditoria abditis, cũ cauſis, quas nondum ſcribere potuiſtis, quanquàm de his rebus multa vos ſcripſiſſe gloriamini, & in his
» quid agendũ eſſet in veſtra practica (vt veſtris verbis vtar) cõprobaſſe, quæ mihi nondũ legere licuit, niſi à Terraga conſcripta, ea eſſe putetis, vſque adeò ſanè terrã ipſam reſipiẽtia, vt ſi poſthac ſcripturus ſit, Socratem imitetur admoneo, qui (vt Ariſtophanes ἐν νεφέλαις ait) cremathra incluſum in aëre ſe ſuſpendi iubebat

bat; quò à terra longius abductus meliꝰ de magnis rebꝰ cōmētaretur. Quòd autē vestra ope omnes à morbo nō liberaueritis, artis impotētiā in caussa non esse, sed morbi materiā, & materiei velocitatē ex deo, ex astris, ex solis lunæq; defectibus, & cæteris defluxā dicitis: primū illud probo, nēpe quod sine exēplo dixisse, mihi non videmini. Vulgatum est enim illud Ouidianum,

Non est in medico, semper releuetur vt æger

Interdum medica plus valet arte malum.

Postremum autem illud [ex deo, ex astris ex solis lunæq; defectibus velocitatem materiei defluxā esse] nullo exemplo dictū (hic enim ab Ouidio quantumuis ethnico non videtis morbū in deū reiectū) tantisper

G impuden

impudenter à vobis pronunciatum credã, dũ id optimis rationibus ostẽderitis. Quod autẽ sic vestram artis imperitiam excusatis: Si in tanta ciuitate (dicitis) mortui sunt quinq;
» vel sex de maioribus, ignorãt tamẽ dicti hesitantes numerũ eorum, qui curati fuerũt. Sic magis verè ratiocinati fuissetis: Si quinq; senatores ex non ita multis mortui sunt, quot ex propè infinita plebe occubuisse credẽdũ est. Nisi nulla ope medicorũ plures (qđ magis placet) quã medico pręsente reualuisse dixeritis.

In sept. cap.

MAgnificè & plus satis ostentatis Terragæ vestri practicam, Consultius à vobis factũ fuisset, si in re seria, classicum quempiam authorem ꝓtulissetis. Porrò si ille de pleuritide rectè in practica scripserit, qđ

iuuat

iuuat crambe repetita lectores enecare.

In octauum cap.

MIror, quod ducẽ veſtrum huc nõ adduxeritis, Guaynerium veſtrũ intelligo, cuius velut è tripode dicta, omnia amplexamini. Hic duobus modis pleuritidem diſtinguit, penes loca (vt interim verba veſtra vſurpem) & penes cauſas, qđ vltimum neſciuiſtis. Nam pleuritis nõ vera, etiam appellabitur, quæ ex craſſis flatibus oritur, cui addit & eam, quæ ex atro ſucco atque pituita proficiſcitur. Id quod & facit Arnaldus Villanouanus.

In nonum Cap.

QVod tandem ſit veſtrũ os non planè video, quorũ dogma cõmuni omnium ſententiæ aduerſum eſt. At fortaſſe iuriſperitorũ more

id à vobis factũ dicetis, aliquid interdum aduersus communem omnium sensum ostentationis causa asserentium. Atqui interim hoc diligenter iurisperiti vident, ne contra q̃ Vlpianus, Paulus, Sceuola & reliqui iureconsulti de iure responsitarint, affirmẽt ipsi aliq̃d. Quin solenne est eis, vt eũ contra spiritũ sanctũ peccare dicãt, qui iuriscõsultum reprehenderit. Quæ sententia si tanti nobis fiat, quis medicinę candidatꝰ vos plusq̃ sacrilegos non abominetur? qui cõtra Hippo. Galenũ (& vt vno verbo absoluã) cõtra omniũ in medicina principũ virorũ iudiciũ, cõmunẽ omnium esse sentẽtiã dicitis, vt in omni pleuritide sãguis mittatur. Atq; vt vobis locos indicem, Hippocrati repugnatis in lib. de ratione victus in morb. acutis. 2. & 4.

Galeno

Galeno in cõmentariis in lib. popu lariũ morborũ ſextũ. Paulo, Aeginetæ lib.3.cap.33. Auicennæ. Can.3. Raſi.li.9.ad Alm.Guaynerio & Arnaldo Villanouano, in ſumma, omnibus rei medicæ proceribus. Porrò quũ demõſtrare cõmunẽ omniũ eſſe ſentẽtiá conamini, vt in omni pleuritide vena ſecetur, dialectices ignaros vos eſſe declaratis. Eo nãq; argumẽtandi vtimini genere, qđ lõgè ab arte abeſt. Sic.n.ratiocinamini. Dictũ apoſtema cõmuniter fit per viá deriuatiõis humorũ, & in tali fluxu vt plurimũ dominatur ſanguis vel cholera mixta cum eo, fuit igitur cõmunis opinio ſcribentium, quòd in omni pleuritide, quæcũq; ſit materia, cõpetit phlebotomia. Quis vnquã philoſophus ſic collegit. Sed vt interim vobis illud donẽ. In omni

 pleuri

pleuritide sanguine aut bile sangui ni admixta abundáte, phlebotomiá rectè ꝑ remedio adhiberi. Nő tamé rectè sic colligetis, sanguis vel bilis cũ sanguine vt plurimũ dominatur, ergo in omni pleuritide, quęcũq; sit materia mittédus est ságuis. Sed sic rectè colligeretis, ergo vtplurimùm secanda est vena pleuritide laboran tibus, quãdo nõnunquá cõtingunt morbi laterales à pituita, nonnũquá ab atra bile, vt Gal. & Paulus etiam non negant. Guaynerius, Arnaldus Villanouanus, & cęteri id gen9, pleu ritidas non veras appellant, quibus ne Auicenna quidem, aut Rasis san guinem dimisisset.

In decimum cap.

MAteria pręter naturá in parté quampiá decũbente, quũ mé- brú distendit, & cõtinui facit diuor

tium

tium, dolorem excitari dicitis, q̃ magis attrahat, ꝑpterea in omni pleuritide rectè subministrari phlebotomiá scriptores adserere fertis. Quo tandẽ ore ad medendũ ægrotis acceditis, homines tam imperiti medici ne? Quis.n. medicorũ vnquá dixit, in omni laterali morbo tundẽdam venã? Quæ rationes vestris ineptiores: q̃bus tamen adductos esse medicos, vt in omni pleuritide mittendũ sanguinem putarint: fũgos eos atq; adeò, fraudi maximê obuios fuisse oportet, quos in hoc mendaciũ illexistis, quãq̃ ne vnũ quidẽ ꝑferre potuistis, q̃ id aut dixerit, aut scriptũ reliquerit, non prętermissuri sanè, si quis vestræ imperitiæ atq; ignauie subscripsisset, tãtũ abest, vt hęc omniũ cõmunis sit sentẽtia. Eam autẽ qui colligere potueritis ex pręmisso

" axiomate non ſatis video . Quis.n.
" ſic rectè colligat, fluẽte materia prę
" ter naturã ad aliquod membrũ, ex-
" tendit ipſum, & ſoluendo cõtinuũ,
facit dolorem, qui eſt cauſa maioris attractiõis, ergo in omni pleuritide competit phlebotomia. In ea collectione non videtis, qđ eſt aduerſum vltimę parti, primæ parti rectè adiici poſſe. Puero enim aut ſeni decrepito, quouis morbo laboranti ſanguis rectè mitti nõ poteſt, nec etiam in exigua aut parũ valida pleuritide (quod & vos ſequenti cap. ſentitis) vena rectè ſcinditur, ipſius Galeni teſtimonio lib. populariũ morborum. 6. Quin & Auicenna nõ in omni dolore, ſanguinis miſſionem, aut vacuationẽ, aut aliã medelã admittit, pręſertim ſi dolor tã paruus ſit, vt à natura ſuperari poſſit. Cæ-

terum

terum in medicorũ libris vos nõ ſa
tis verſatos apertè declaraſtis, tam
pręposterè de re manifeſta pronun-
ciátes. Hinc mendacium aliud ad-
texuiſtis aſſerétes: In maximis dolo
ribus nullũ pręſentius remediũ in-
ueniri, quá phlebotomiá, à Galeno
ſcriptũ. Ex quo liquidò pſpicere li-
cet, q̃ lõgè ab eo abſitis, vt Galenum
aſſequamini. Is.n. in cõmentariis in aphoriſmũ tertiũ & viceſimũ, lib. 1. *Gal. apho. 23. lib. 1.*
(qué locũ vos puto intellexiſſe ita,
vt in omni magno dolore ſit mitten
dus ſanguis) ſcribit nullum maius
inueniri remedium, q̃ vſq; ad animi
defectioné euacuare, adhibita diſtin
ctione, an mittere ſanguiné an pur-
gare oporteat, vſq; ad animi defecti-
oné. Mendaciũ iſtud veſtrũ conami
ni ratione cõfirmare, ſet quę admo-
dum ſit infirma. Quis philoſophus
ſic

sic vnquã ratiocinatus est. Amplius
» Auicẽna de cura cõmuni apostema
» tum pectoris indifferenter laudauit
» phlebotomiã. Et Mesue etiã dixit,
» quòd si materia fuerit cholerica, fiat
» phlebotomía, & vẽtris solutio. Cõpe
» tit ergo phlebotomia diuersiua in
» omni apostemate facto p̃ viã deriua
tionis. Hic iudicet candidus lector,
q̃d sit in secunda orationis parte, q̃d
ex prima colligi debeat. Porrò neq̃d
reliquũ vestrę tum impudẽtiæ, tum
ignauię faceretis, Gręcos & Parisiẽ-
ses medicos insectamini, hoc nomi-
ne potissimum, q̧ incircũspectè mit
tant, sanguinẽ. Quid vos eò p̃duxit,
vt viros de re medica pręclarissimè
meritos, istis maledictis incesseretis,
nisi imperitia, quę (vt Thucydides
ait) cõfidentiã parere solet. Ego ve
rò Gręcos medicos, & eorũ imitato

res

res Parisiéses semp plurimi feci, vos cōtra homines maximè impudētes, qui eorū cōsilia & rationes ignorantes, de re vobis planè incognita pnunciare audetis, iudico. Rationē quá adferre conamini, qua persuasi Grȩci & horū sectatores Parisienses (vt dicitis) audacius, q̃ Arabes sanguinē mittunt, nō possū nō ridere. Si enim (vt suspicamini) frequētius mittunt sanguinē Græci q̃ Arabes, ꝙ Græcia tēperatior sit, q̃ Arabia, illiq; ad suæ regionis qualitatem animū aduertētes, suis tantū puideát, hoc sanè vobis debuit esse exemplū mittēdi sanguinis frequētius quàm soletis. Aquitania enim (cuius incolæ estis) q̃ aut Arabia, aut Græcia tota, temperantior est. Sed vos caudice stupidiores & Erasistratios ἀιμοφόβους video.

In

HIc tam multas res ridiculas collegiſtis, vt neminẽ exiſtimem tam patientẽ, qui nõ grauatim ſit lecturus, pręſertim quũ eò tandẽ peruenerit, vbi cõtrà quã docuerunt medicorũ principes Hippocr. & Galenus, miſſionẽ ſanguinis aſſeueratis nõ eſſe febricitantibus tã vtilẽ, q̃ nobis reliquerunt ſcriptores. Quòd ſi ad tres Galeni ſcopos mittendi ſanguinis, aliaq; his accedẽtia (quæ vos diſticho barbaro cõplectimini) animũ aduertiſſetis, intellexiſſetis venę ſectionẽ nõ minus in Aquitania, q̃ in aliis regionibus vtilẽ eſſe. Cauſam autẽ nõ adeò frequẽtis in Aquitania miſſionis ſanguinis hanc vnã vobis eſſe dicitis, ꝙ Aquitani ſint biliosi, calidis ſcilicet & ſalſis cõdimẽtis veſcẽtes. Ego ſolã viuendi ratio-

nem

nem multæ in Aquitanis bilis non esse causam puto. Sunt.n.aliȩ causȩ bilē expugnātes, regionis nempe humor, austri frequētes, pluuiæ, pisciū, palustriū auiū esus. Adde his vinū immoderatius sumptū, qđ frigidos morbos parere, cū doctissimis medicorū Galeno præsertim etiā ipsi (vt arbitror) nō negabatis. Morbi autē sunt hi, apoplexia, τέτανος, neruorū resolutio, comitiales morbi & id genus mala alia. Impudētiæ tandē vestrȩ illud prȩtexere conamini, ꝙ Nicholus Galeni illud [Saluberrimū est in febrib. venā incidere nō continuis modo, verūetiā omnibus quas putrescēs humor cōcitat, vbi prȩsertim nec ætas, nec vires ꝓhibent] putet intelligendū in febribus, quæ nō ex simplici & puro aliquo humore, sed vario & multiplici sanguine generentur.

Gal. de tē. per. lib. 3.

nerétur. Hunc locũ cũ Galeni aliis ſcriptis ſi diligenter cõtuliſſetis, ſic vtiq; res hęc manifeſta vobis fuiſſet, vt Nicholo abiecto, vni Galeno inheſiſſetis, qui lib. Method. 9. in ſynocho (quã ex puro etiã ſanguine magna ex parte excitari ipſi Auicēniſtæ volunt) & mordẽtiſſimis febribus, ex flaua bile ꝑcreatis, tã pręſens putat remediũ, ſi ducatur ſãguis, vt ſi hoc omittatur, quũ adhiberi oportet, omnia alia medicamina incerta exiſtimet. Accedit his quod in libr. de arte curandi p ſanguinis miſſionem, docet Gale. mittendũ eſſe ſemper ſanguinẽ in febribus, ex humorũ corruptione ꝓdeũtibus, poſt adhibitã & viriũ & ætatis rationem? Quid apertius dici potuit? Hæc ſi exactè contuliſſetis cũ pręclaro illo Galeni axiomate, rem vobis ſic ꝑſpi

Lib. Meth. nono.

cuam

cuam fecissent, vt non opus fuisset aliorum enarrationes, ne dicã mendacia consulere.

In duodec. Cap.

IN prȩscribenda vacuatione medicum oportere primũ ad plenitudinem animũ aduertere sentitis, mox ad vires, ꝓpterea etiã prȩcipuã indicationẽ (intẽtionem vos vocatis) à virtute desumendã esse asseueratis. O viros de re medica praeclarè meritos. Miseret me Burdigalæ tã feliciũ alioqui ingeniorũ feracis, trium medicorũ imperitia multis periculis obiectæ. Set ad rẽ. Galenus Menodotũ empericũ reprehẽdit, ꝙ in syndrome plethorica diceret venæ sectionẽ seruari. Cõtra. n. prorsus (inquit) sanguinis mittendi scopi primũ in se plenitudinẽ nõ cõprehendunt, sed fientis (vt sic dicam) passionis

Lib. 4. de ratione uictus in morb. acut. de art. cur. per sang. mißionem.

ſionis ſuſpitioné. Ná ſi eá magná fore apparet, omnino ſanguiné mittemus, etiá ſi nulla exiſtat plenitudinis nota, tantum inſpecta ætate, viribus, &c. In hanc ſententiá multa & ab eodem dicta ſunt, lib. 4. Method. Neq; hoc (inquit) dico ꝓpterea qđ purgatio, vacuatio ſit, quam redundantis ſanguinis cócurſus indicet. Set quod etiá tametſi redundantis ſanguinis concurſus non adſit, ad ipſam tamen ſanguinis miſſionem interdũ ſit cófugiendum. Non ergo vacuaturo (niſi qua eſtis impudentia, Galeno aduerſari velitis) primum inſpicienda eſt plenitudo, ſine qua etiam vacuare interdũ oportet. Huic mendacio aliud nó minus impudés adtexuiſtis. Quis enim in medicorum libris verſatus, dixit vnquam principaliorem indicationé

Gal. lib. 4. Method.

à virtute

à virtute esse sumendam? En vobis Galen. lib. Methodi medēdi tertio. Si igitur Hiero (inquit) indicatio, quæ ab ipsa rei natura oritur, quod agendum sit inuenit, necesse est remediorum inueniēdorum initium, ex morborum ipsorũ natura sumi. Siquidem absurdum sit aliud esse, quod curandi rationem prescribat, aliud quod curetur. Etenim iudicare de se quicque magis potest, quàm de alio. Verum quoniam omnibus in confesso est, primas indicationes ex affectibus esse sumēdas certè Reliqua legetis. Ex quo loco clare videre est medenti primam & præcipuam indicationem ab affectu, non tamen virtute neglecta desumendá esse. At eò impudentię atque adeò arrogantiæ venistis, vt etsi vobis locos multos non rectè intellectos in-

Galen. in initio lib. 3. meth. med.

H dico

dico nullam tamen maiorem gratiã à vobis ſperem me laturum, quàm à vobis olim tulerint, Petrus Andreas, & Ioãnes Schironiꝰ viri egregiè docti, & in re medica exercitatiſſimi, Petrus item Briſſotus Manardus Ferrarienſis & Matthæus Curtius, noſtri ſeculi miracula. Hi enim pro tam præclaris erga rem medicã meritis, nihil audiũt à vobis aliud, quàm audaces, & prolixiorum iuſto de venæ in pleuritide ſectione commentariorum ſcriptores. Quod autem veſtræ ſententiæ, quæ ſunt aduerſa diluere, & veſtram aſſertioné rationibus confirmare, gloriamini, nó poſſum ſatis admirari veſtri oris impudentiá. Etenim per Apolliné, quibus tandem rationibus quod verum iuxtà ac firmũ eſt, conuulſuros vos ſperatis? At (ſat ſcio) dicetis

vos

vos locis aliquot ſcriptorũ non admodum apertis, veſtris enarrationibus lucem adferre. Quæſo vos quã lucem Raſi adtuliſtis? Tenebras potius quàm lucem adtuliſſe vos, tum demum cognoſcet prudens lector, quum rem paulò diligentius expenderit. Ne igitur ante victoriã triũphũ canere poſſitis (quãquam hoc perſequi non erat inſtitutum) commonſtrabo Burdigalenſib. quàm arrogãter, Hippocrati & Galeno medicorum principibus reluctamini, tantùm abeſt vt eorum ſcripta prudenter enarretis. Hippocrat. non ex oppoſito pleuritidos latere, imo ex eodem potius phlegmonem patiente mittere ſanguinem, lib. de morbis primo iubet his verbis: Lienarem venam ſplenitímue dictam manus huius, vel hepatitim tecmoralémue

pertundere cōferet, quà morbus fuerit. Sícque dolor lateris aliorúmque lenitur. Id confirmat lib. de ratione victus in morbis acut. quarto, ita loquens: Si dolor ad superiores partes vt iugulum, mammam, brachium, internam brachii venā secare oportet, ab eo videlicet latere, quod dolore fuerit affectum. Quem locū enarrans Galen. ita inquit. Rursus & in præsenti loco partis legitimæ sententiam elaborat, quoniam in ea prætermissum est, quod simul cū dictis intelligitur, adiicitque illud, venam scilicet secandum recto à latere dolente tramite: quam legem sanxit libro decimo tert. Method. medēdi, & in lib. de artis constitutione. Cui & conuenit illud, quod in libro de sanguinis missione scripsit. Quin & pleuriticis (inquit) quæ è directo

ctolaborantis lateris adhibita fuit ſanguinis miſſio clariſſimam ſæpe vtilitatem adtulit: quæ verò ex brachio oppoſito, aut omninò obſcuram, aut certè poſt temporis interuallum. Tantorum virorum ſententiam ſequuti doctiſſimi medici, in quibus ſunt Manardus Briſſotus, Curtius, de hac re tam luculenter ſcripſerunt, atque rem ſic ob oculos ſubiecerũt, vt nullum omninò exiſtimem tã à muſis auerſum, qui eis non aſſentiatur, támq; cecutiẽtem, q id (niſi cui liuor tenebras ob oculos offuderit) videre non poſſit.

In decimum tert. Cap.

HIc tam multa ineptè effutiuiſtis, vt, ſi omnia conſpicienda proponere, velim permultũ verear, vt vix multis paginis cõplecti poſſim. Quare qui volet ſe ad ea legen-

da demittere, ex veſtro libello petat, quãquam ne vllum quidem puto; qui nugis veſtris legendis bonas horas conceſſurus ſit, vnum tamen illud huc proferã, in quo nec voces quidem tenetis, quibus præclariſſimi medicorum, in rebus appellãdis vſi ſunt. Quis enim vnquam dixit?
„ Oportet in veris initio corpora pur
„ gare ſanguine repleta cum phlebo-
„ tomia, quum non phlebotomia ſed medicamento purgentur corpora, quod authorum teſtimoniis confirmarem, niſi id probatum magis viderem, quam fruſtra in ea re tempus terendum ſit. At eius rei authorem Galenum circũfertis. Hunc ſi fixius introſpexiſſetis, vacuationis vocabulo vſi fuiſſetis potius, quàm purgationis, idq; ad Galeni præſcriptũ, qui ita lib. Aphoriſ. ſexto ait. Hos enim

Libr.6. Aphor. 47 Aphoriſ.

enim oportet, vt anticipemus euacuare vere adueniente, vel per venæ ſectionem, ſi plenitudinis paſſionibus ſubiiciatur, vel per purgationẽ, ſi eis quę ex corruptione ꝓueniunt. Satis nunc, & (quod olim quidã veſtrum in ſuggeſto) iactate vos Galeni omnia conſequi adeoq; totius medicinæ eſſe callentiſſimos.

In quartum dec. Cap.

CVm ad hunc locum perueniſſem, expectabam magnũ quiddam. Quid enim non pollicemini? Cæterum ad finem prouectus, cõperi verum eſſe illud Horatianũ. Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus. Vbi enim ſũt ea quę bonę ſubſtantię cibaria appellatis? Nondum de vobis ea audire cõtigit, neq; etiã, quæ facilis (vt dicitis) digeſtionis. Et pollicemini adhuc Burdigalenſi

bus προφυλακτικῶν, rerũ naturę vſque adeò imperiti, vt ſalubres cibos ab inſalubribus dignoſcere nondũ potueritis? Niſi fortè & ſummos vos medicos & hoc nomine de ciuibus veſtris pręclarè meritos credideritis, quòd ſalſis omnibus interdixeritis, vinumq́; medicatũ (vos Hippocraticũ dicitis) ſanis hominibus primis ſtatim epulis præſcripſeritis. Qua in re q̃ ab eo longè abeſtis, vt aut rationalẽ aut dogmaticam medicinã vos didiciſſe approbetis, ex eo cognoſcere licet, quòd rationales medici cenſeant ſalſa modicè ſumpta, vt garũ & cappares ex oximelite, aut oxelæo manſos, vel plurimis prodeſſe, iis pręſertim, quibus lenti, frigidi, vel tenaces ſucci aggregantur. Medicatum autem vinũ q̃ magno cũ periculo indulgeatis, hi norunt,

runt, qui ex Dioſcoride legerint, ἄθετοι μέντοι οἱ φαρμακώδεις οἶνοι τοῖς ὑγιαίνουσι, id eſt, vt vertit Hermolaus. Vina medicata inimica valentibus ſunt.

In quintum dec. Cap.

AB ipſis ſtatim epulis non incũbendum ſtudio rerum ſeriarũ præſcribitis, ſed earum demum rerum, quæ leuiuſculę ſint, qualem putatis hyſtoriarum enarrationes: ô cecos homines, qui res parui momenti hyſtorias putatis. Quid enim quęſo animum intẽtiorem expoſtulat, quàm hyſtoriarũ enarratio, ſiue vos ad naturę hyſtorias, ſiue politicas reſpexeritis. Niſi fortè vos hyſtoriæ nomine cenſueritis, illiteratas quaſdam confabulationes, quas à Chriſtianorum familiis exulare vult is, qui de omni verbo ocioſo rationem eſt exacturus. De ſomno quod præ-

cipitis,

cipitis, ꝓbabilius omnia ſcripta mi hi viderentur ſi præſcriptum veſtrū Hippocratis authoritate confirmaſſetis, quàm Galeni. Ille enim in ſpeciem conuenientia vobis de ſomno ſcripſit. Huiꝰ hęc ſunt verba. Quod

2. Præſag. verò ad ſomni rationē pertinet, quē admodū etiam ſani ſolent interdiu vigilare, noctu verò dormire oportet, à qua conſuetudine ſi quis aberrauerit, peior erit ſomnus, qui inter quartam horā, & noctem, q̃ qui matutino tēpore, ad quartam: peſſimū tamen eſt, ſi ſomnus neq; interdiu, neq; noctu accedit. Id enim vel ob dolorem laborémue accidit, vel delirium futurū ſignificat. Hic nobis fortè accederet Hippocrates. Galenus autē minimè in huius loci enarratione. At vero (inquit) temporibus Hippocratis, non aliud ex natu

ra,

ra,aliud in consuetudine erat. Nũc vero diuites è contrario agunt,tum in quibusdá aliis, tũ etiá in somno, interdiu dormientes, noctu vigilantes. In iis igitur,& qui soliti sunt viuere prẹter naturá sermo nequaquá verus ab Hippocrate dictus est. Etenim hoc tempore magis rara cõsuetudo est quàm natura, nõ solùm in mulieribus ditioribus, sed etiá non paucis viris. Porrò in eo loco, cui innitimini, Galenus nõ improbat quẹ interdiu fit dormitionem (vt somniastis) sed grauitas hæc (inquit) noctu fit manifestior, de grauitate loquens, quæ ante indicationẽ fieri solet. Nam hoc tépore dormire consueuimus. Sed,ô Apollo,productos locos enarrare contéditis,adeoq́ ad vestram hæresim facere,ostédere conamini. Quam insaniá nõ vacat re-

fellere,

fellere,ſic me impedit riſus,quē mihi præclarē veſtrę declarationes cō citarunt.

In vltimum Cap.

AD exercitationes æquē omnes deducitis. Ego qbus rectè exercitia præſcribantur ſaluberrima ad tuendā valetudinē eſſe remedia putauerim, vt quæ vires augeāt, calorem excitent,niſi poſt repletionem, tunc enim ſunt perniciosa, ꝙ ex Galeno diſcere licet. Neqꝫ vero vt vos omnibus exercitari permitto. Nam calidis temperamētis vtilius eſſe in otio agere,q̄ exerceri,ſcribit Galen. ex Hippocrat. addens etiā non paucos tamen medicos eſſe (quales vos eſſe coniicio) qui ne norunt quidē cuiuſmodi tales homines ſint, ſed iuxtà omnibus exercitationem iniungant. Ante comeſtionem exercitari

Lib. De ſanit. tuend.

Libr. 5. de ſanit. tuēd.


tari vſque ad defatigationem iubetis. Talem exercitationis terminũ, nunquàm præſcripſiſſet Galenus, ſed qui mediocrem corporis ſtatum ſit conſequutus, & tertium iam ſeptennium agat, exerceri permittit, dum & corpus intumeſcit & color floridus apparet, & motus promptè æquabiliter, & concinnè ædit: ceſſare verò protinus iubet, quũ aliquod horum fuerit immutatum, non vſque ad defatigationem (vt vos imprudenter & ſine vlla arte præcipitis) exerceri docet Galen. Neq; omnibus exercitia iniungit, quemadmodum vos illiterati ſoletis, ſed ſecundum temperiem, & corporis ſtatus rationem (quæ ſcire nõdum potuiſtis) variam motionem præſcribit. Quòd autem Galen. & Fulginat. citatis, ſanè intelligere oportet,

nam

nam qui exercitii egent,ii ſuo malo exercitationi cedũt, de quibus illic Galen.& Fulginat. loqui cenſendũ eſt. At nõ omnes exercitationis indigere teſtatur Hipp.in li.de morb. popularibus, & Gal.in cõmentariis de ſanitate tuenda, in Hippocratis aphoriſmos. Quòd animi mores, corporis temperiem ſequantur, id iam ex Auicen. ne diſquirite, Galenus de hac re ex profeſſo librũ cõſcripſit, quem (vt nec maximam ſcriptorum ab eo partem) vidiſſe (vt opinor) nondũ vobis licuit.

Lib. 5. 2. Aphoriſ. aph.16.

Annotationum finis.



I. ALLAXINVS GABRIELI Terragæ, Burdigalen. medico. S. D.



Am potens tamq́ fertilis fuit cauillatio tua, mi Terraga, vt me tecũ nuper inſanire coëgerit, neq; verò iniuria. Quis enim tanta modeſtia, aut tanta patientia prẹditus, aut potius tam ἀπαθὴς eſt, vt adeò nephariis cõmentis, & conuitiis quouis homine niſi ſycophanta, indignis aſpergi facilè ferat. Miras in me excitaſti tragœdias, atq; quo modeſtiorẽ me cõſpexiſti (modeſtia enim & patiẽtia non ſemel te vincere ſtudui) hoc atrocioribus maledictis me pſequu-

tus es. Actionem mihi intēdisti tantum non mihi periculū creans, falsoq; crimine omnium inuidiam mihi concilians, coniurationis author fuisti. Attestationes illas, perfidiam istam tuam redolentes, cōscripsisti, medicinalem deniq; quastionem solus (vt ex tuę insaniæ subscriptoribus audiui) ipse meditatus es. Cuius rei fidē facit tuus stylus, tua eruditio, tuus furor. Et miraris adhuc, si tuis censuris respondimus, & multa in Quæstionem medicinalē annotauimus? Verebar enim ne hoc silentium insigni cuipiam fraudi mihi esset. Etenim quum huc diligentem operam dedisses, vt tuis imposturis simplicem plebem in errorem illiceres, quid mihi nō formidandū fuisset, si eadem impostura vrbis primatum inuidiam mihi conflauisses,

eoq;

eóq; adduxisses ęquè omnes, vt meō nomini notam aliquam inurerent, quod mihi omni vnguento preciosius est? Adde quòd amicorum non pauci, quibus honestè id negare nō potuissem, ad id me frequenter sunt adhortati. Si ab vsq; Italis ad Aquitanos venerim, hoc te mouisse non debuit. Vtile est enim medico præsertim, imo & interdum necessariū, varias orbis regiones peragrare. Sic Democrit9 medicus, & insignis philosophus, sic Hippocrates, sic alii innumeri nos docuerunt, tot regiones anxiè emensi. Neque si Burdigalæ medicinā profiteri voluerim, id tam iniquo animo ferre oportuit. Est enim vrbs libera, quemadmodū & Gallia vniuersa, in quam exteri etiam homines multas opes adtulerunt. Hoc planè volūt hospitalia

iura.Sic ab antiquis factitatum paſ-
ſim legimus.Galenus (ne ex alienis
à noſtro ordine exẽpla repetamus)
quũ ex Pergamo vrbe oriundus eſ-
ſet,in Italiæ Roma,in Aphricę Ale
xandria medicinam profeſſus eſt:
omitto alios. Et tu neſcio quo ani-
mo ex Hiſpania in Aquitaniam ve
niens,Burdigalæ cõſediſti,in quam
vrbẽ,ſine vlla omnino turba (niſi ti
bi ipſe cõcitaris) liberaliter es exce
ptus, &ſi iuuenis adhuc ineruditus
& nõ adeò ab amicis aut diuitiis po
tens.Ibi liberè viuere, tandẽ & cõſe
neſcere licuit.Nemo ea veſania cor-
reptus fuit,vt in externos tantoperè
fureret, quantopere tu cõſueuiſti in
eos debacchari.Nemo vnquam tot
maledictis, tot conuitiis atrocibus,
tot falſis criminibus hoſpitẽ expel-
lere aggreſſus eſt. Certè mi Terraga
profeſſionis,

professionis, aut religionis ratioñe habere oportebat, si modo aliqua sit in te religio, aut pietas. Quis ethnicus his sycophantiis hospitem grauasset? Quid enim criminum non cõmentus es, vt mihi periculũ creares? vt falsis accusationibus oppresso me, hominũ consensus, æquus licet & integer, tuis tamen commẽtis elusus, aliter quàm res haberet, pronunciaret. Cæterũ quantũuis posthac exagiteris & excandescas, nihil amplius mouebor. Neq; posthac tã fertilis futura est cauillatio, vt vllã à me ferat responsionem, quando neq; quid agas satis nosti: habeo qui me tranquillius mitiget, quàm ipse possis exagitare, nempe D. IESVM CHRISTVM, qui ne isthæc nobis dura viderẽtur, ea prius ipse pertulit. Ne verò sine aliqua vtilitate

 hæc

hęc noſtra cōtrouerſia qeſcat, quod animaduerſione dignū mihi viſum te ſedulò monere duxi, quanquá ne hoc quidem in bonam partem accepturum te ſcio. Verum quorſum tu recta hęc monita exceperis, ſus deq́ fero. Suadeo, mi Terraga, vt melioris literaturę medicos inſectari deſinas, quin potius illos imitare, eſflo-reſcentibus iam bonis literis patrocinare: feliciora ſunt (Dei gratia) tēpora, q̄ quibus tu & ego (quod maximoperè mea cauſa doleo) educaremur. Emerſere tādem ex tenebris politiores literæ, feliciter excoluntur ingenia, veriſſimè diſcuntur bonę literę. Ne ſis quæſo diutius vulgi fabula, Pliniū, Celſum, & optimum quēq́ ſcriptorē maledictis aſpergēs. Parce quæſo ſenili iſti, & iam decrepitę ætati, nę in te Platonis illud re-

ctè

ctè quadret Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Desi-
ste, precor, senio tuo tantoperè esse
molestus, quod iá emeritũ tot labo-
ribus & inanibus planè vigiliis ex-
crucias. Quis enim vsque adeò à li
teris melioribus est auersus, vt vel
horam insumat in legendis tuis ra-
psodiis, quibus nihil non mẽdacio-
rum adsuisti, vt interim taceã sum-
mam latinæ linguæ imperitiam. Vi
de, quæso, ne dum nomen tuum ab
interitu vindicare conaris, infan-
tiam tuam prodas. Audiui ipse co-
ràm, quale iudicium de tuis lucubra
tionibus viri doctissimi fecerint.
Alius ῥαψῳδήματα, id est, mendacio-
rum consarcinationes dicit, alius
centones, nullo iudicio ex infimæ
notæ scriptoribus consutos adpel-
lat, alius senii παραφροσύνην vocat,
alius ad inuoluendos scombros re-

 legat.

legat. Ego ſanê quum animi gratia, ad tua quædam ſcripta me deieciſſem, omnia ex Petro Aponenſi, Cóciliatore, Thoma Agarbo, Hugone Senenſi. Nicholo Florentino, & huius farinæ ſcriptoribus decerpta, imo ad verbũ deſcripta, integrámque nonnunquam, nonnunquàm inuerſam, quæſtionem animaduerti. Addam & illud, te in his deſcribendis tam paruo fuiſſe iudicio, vt errata, quibus ſcatebant exẽplaria, in tuos libros tranſtuleris. Quæ in Auicennam & Galeni paruam artem commentatus es, tantum abeſt, vt abſtruſiora eorum ſenſa aperiát, vt longiſſimè ab eis interdum diſcedant; id quod facilè intelligent, qui temporis aliquid legendis tuis ſcriptis concedere non dedignabuntur. Si labori parcere nolis, tuarum

rerum

rerum diſpendio ſaltem parce. Nemo enim eſt qui tua cõmittere prelo velit, niſi tu in hanc rem ſumptũ ſuppedites, idq; non immeritò, quibus enim nenias has diuendituri ſunt? At ne maledicendi ſtudio hęc à me cõſcripta exiſtimes, proferam eam quæſtionem in ſumma tuarum quęſtionum ſcriptam, qua me in poſtremò illo cõgreſſu apud vrbis decuriones eruditionis periculum facere voluiſti. Ea (ſi rectè memini) erat: Num leproſis conſulenda ſit vacuatio. Huius autem dubii quando mihi occaſio ſeſe offert, rationẽ diſquirendi diligẽtius referam paucis, quæ tu impudenter cõtrà quàm veteres omnes medici de hac diſſeruiſti, ex quibus facilè ſubodorabuntur omnes, quàm rei medicæ imperitus ſis. Diuiditur itaque iſta tua

quęſtio,

quæſtio, in duas partes, in priore lepræ definitionem aggrederis, quam ex Auicen. & Haly Abbate, ſicut quæſtionis titulum ex Cõciliatore, petiiſti, apud quos reliqua omnia etiam luculenter partis huius proloquia vidimus. In poſteriori verò, in qua lepræ ſpecies & differentias, adferre conaris, multis modis lapſus es, cuius verba, vt res clarius perſpiciatur, adſcribam. Notãdum
„ ſecundum quod licet ab aliquibus
„ ponantur duas eſſe ſpecies lepræ, &
„ ab aliis tres, quatuor tamen ſecun-
„ dum rei veritatem reperiuntur. Pri
„ ma enim cauſatur ex ſanguine com
„ buſto, quæ alopitia ſeu vulpina di-
„ citur, in qua cutis excoriatur, vt vul
„ pes maii hora. Alia quidẽ ex phleg
„ mate corrupto tiria, dicta ad ſimili-
„ tudinem illius ſerpẽtis excoriatio-

ne.

ne. Tertia dicitur leonina, quæ ex „
cholera causatur combusta, quæ qui „
dem calidior existit, & faciem adeò „
terribilem, vt leo facit. Reliqua ve- „
ro ex choleræ nigræ adustione ele- „
phátia nominatur, eò quia sicut ele- „
phas maculis variat, existit, ita hãc „
passionem habentiũ. Aut sicut ma- „
ior hic & fortior existit animaliũ, „
ita & modus hic lepræ. Videris hic
versutissimè egisse mi Terraga, ne-
minem eorum adducens, quos op-
pugnare contendis. Verùm hæc tua
versutia doctioribus non imponet,
qui in veterum medicorum scriptis
sunt versati. Sic enim ais, quosdam
esse qui opinentur duas esse lepræ
species, alios tres, sed qui rectius sen
tiunt, & rẽ ita habere adseueras, qua
tuor esse species adfirmare. Qua in
re, quàm impudenter à rei medicæ
princi

principibus diſcedis, ex his quę ſubii-
ciuntur locis facilè agnoſcetur. Paulus Aegin. duas tantum ſpecies lepræ eſſe his verbis luculenter indicat: Vel ex melancholico ſanguine feculentioréque, & veluti eius limo, vel bile flaua, vtríſque nimium vſtis naſcitur elephãtia. Vna ſanê ex ſanguine melancholico feculẽtiore, & veluti eius limo exuſto creatur, altera ex flauæ bilis aſſatione producitur. Serapio in Aegin. ſententiam concedit, aſſerens eum humorem, qui lepram generat, duorum ſuccorum eſſe ſobolem, flauæ bilis nempè, & fecis ſanguinis (quam melancholiam vocant naturalem) vtríſque nimium aduſtis. His ſubſcribit Haly Abb. Græcos ſequutus, iis verbis: Sunt autem elephantiæ ſpecies duæ. Altera quæ fit ex cholera nigra,

Lib. 4. cap. 1.

Lib. 5. cap. 14.

Lib. theor. 8. cap. 15.

gra, quam ſanguinis fecem, & purgamentú eſſe diximus. Altera quæ ex cholerę rubeæ generatur aduſtione. Denique ædolum tuum, Auicé. (à quo te nũquam niſi fortê imprudentem diſceſſiſſe putaſſem) illorum omnium dicta confirmat. Porrò ſi Gẽtilis Fulginatis rationibus, aut Conciliatoris nomine contendas hic, & dicas nòn duas tantum, ſed tres lepræ ſpecies Auicennam inueniſſe, primam quæ ex flaua bile aduſta, ſecundam quæ ex limo fecéque ſanguinis nondum peruſta, tertiam verò, quæ ex hoc ipſo ſanguinis limo exactè combuſto creatur, nihil vrges: quando duas poſteriores lepræ differentias, nempè quę ex ſanguinis fece minus aſſa fit (ſi modo ex tali humore hæc lepra proficiſcatur) & quę ex ea ipſa peruſta generatur

Lib.4.f.3. tract.3. cap.1.

neratur, ad vnã redigo, ſicut ex vno humore proficiſcuntur. Atque hoc pro Principe ſum meditatus, q alioqui ſibi pugnare videtur in fine capitis. Vbi Aetii Cappadocis docet ſententiam, nomine tamen ſuppreſſo, Lepram inquit, omniũ eſſe mẽbrorum cancrũ, ſicut cancrũ vnius particulæ lepram: alibi verò cancrum ex flauę bilis aduſtione tumorẽ eſſe, vel ex humore nigro, in quo ſit atræ bilis quicquam, non ex pura ſanguinis fece pronunciat. Sic duas tantum, non quatuor lepræ ſpecies eſſe, videtur innuere Auicen. conuenientiſſimè Græcis & Arabibus ferè omnibus. Quòd verò Brunus medicus, & Azauarius eo capite, quo de cancro diſſerunt, ex ſanguinis fece carcinoma etiam creari contendunt, facilè diluit Dinus, cu-

Lib.4.f.3. tract.2. cap.15.

ius

ius in ſententiam it Gentilis Fulg. vt ne his reſpondendo fruſtrà tēpus terendum ſit. Cæterū neque de hac ſpecie tam anxiè contendendū fuit, quam neque in tuarum quatuor numerum adſciuiſti. Omitto prudens alios non paucos quibus hac aſſeueratione repugnas. Proinde parum circumſpectè egiſſe mihi videris mi Terraga, contra quàm ſenſerūt tot prȩclari viri, quatuor lepræ ſpecies adſtruens. Prius enim fuerant aduerſariorum ſententiæ, rationibus, & demonſtrationibus repellēdæ, deinde tuæ nouis rationibus ſtabiliēdæ. Si Gale. fuiſſes imitatus, rationibus non tuis tantum placitis, tyrannorum more egiſſes. Ille nanq; ſic contendere ſolet, vt videre licet, quum de animæ viribus cum Archigene, & Ariſtotele manū conſerit, de vri-

na,cũ Aſclepiade, de frictionibus, cum Theone,de curãdis morbis cũ Theſſalo. Si Ariſtotel. ſimili in negocio fuiſſes imitatus,eorum ſentẽtias prius infirmaſſes,& tuas demõſtrationibus ſtabiliiſſes. Verum tu eorum neminem imitatus, aliorum dogmata argumentis non oppugnas,hereſin tuam nullis rationibus probas. Vſque adeò impudens es,vt quatuor eſſe lepræ ſpecies aſſeras. I nunc,& Paul. Auicen.Serap. Hal. Abb. & alios viciſſe te,iacta.Porrò cecutire mihi videris Terraga,quãdo pro lepræ ſpeciebus, ægritudines quaſdam nobis adducis, quæ lepra dici non poſſunt, quod tamen neceſſarium fuit,vt eſſent verè generis ſpecies,authore Porphirio. Hoc autem ex lepræ definitione facilè eſt cognoſcere, quæ omnibus definiti

partibus,

partibus, abs te productis congruē-
re nequit, qualem oportebat bonæ
definitionis rationem esse Aristote- Top.6
lis, & aliorum philosophorum au-
thoritate: quod certè liquebit, quū
de lepra, & de aliis ægritudinibus,
quas pro lepræ speciebus adduxisti,
paucula dixerimus. Lepra (vt hinc
exordiar) non idē apud Arabas &
Græcos designat. Græcis enim sca-
biei species quædam est, Arabibus
verò est horribilis ille morbus quē
Gręci atque Latini elephātiasin vel
elephantiam appellant. Ad hæc ele-
phantia eundem affectum non desi-
gnat Arabibus, quē Græcis aut La-
tinis. Arabes enim elephantiam pe-
dum tumorem definiunt, quū Grę-
corum elephantiasis totius corporis
formam planè immutet. Verum vt
id pluribus demonstremus non est

K opus,

opus,quandoquidem hæc ante nos luculenter declararint Aquilanus, doctiss. Manardus & Leonardus Fuchsius,quorũ scripta extant quæ legere ipse potes, si in hac re mihi non credis. Cæterum ad tuæ lepræ differentias accedamus,ab alopecia orsi. Alopecia itaque, quam alopiciam corrupto vocabulo, sed græco tamen,imprudentes vocãt Arabes, & tiria, quam Græci, & Celsus (ni fallor) ὀφίασιν, appellant, sunt affectus prgter naturam,quibus capitis summa cutis nunc aspera fit, nunc emoritur,pili immutãtur, extenuãtur, denique fluunt. Non multum autem inter se hi duo morbi differunt,quũ ab eadem ferè causa vterque proficiscatur, ex mala scilicet succorum sobole, quemadmodum Galen. & Paul. posteris transmiserunt.

runt. Vt enim duobus modis plantas interire contingit, ita etiam pilos. Stirpes nãque humorum penuria exarescentes nonnunquam pereunt, nonnunquam vitiatis succis infectę contabescunt. Sic pili, quoties succus, qui ad eos venire consueuerat perit, toties eos corrumpi necesse est, & affectum produci, qui à medicis caluitiũ appellari solet, de quibus nihil ad rẽ: vitiatis vero, qui ad eos ferebantur humoribus, duo hæc arearũ genera (de quibus nunc agitur) produci consueuerũt, nempè alopecia & ophiasis, quam tu tiriam appellas. Dicta est autem alopecia ἀπὸ τῆς ἀλώπεκος, quod hoc vitio vulpes infestentur assiduè, vt ait Paul. non tãtum mense maio, vt tu dicis: ὀφίασις vero, quòd pars oblesa serpentis formam referat. Differunt

Gal. meth. li 14. paul. lib. 3. ca. 1.

& alio diſcrimine hi duo affectus. Nam ὀφίασις ferè infantibus accidit. Incipit autem ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedens (vt Celſus inqt) ad aures duobus capitibus ſerpit, quibuſdá etiá ad frontem, donec ſe duo capita in priorem partem cõmittant, ſepiúſque ſine remedio finitur. Alopecia verò in omnibus fit ętatibus, & quáuis in figuram dilatatur, in capillis, in barbis, & ſuperciliis, quæ vix vnquam ſine diligenti curatione ſanatur, niſi fortè varicibus ſuperuenien-
6. Aph. 34. tibus, vt Hippocrat. & Galen. ſcripſerunt. Nam decũbentibus ad varices ſuccis vitiatis, qui dum capillorum radices inficerent, areas procreabant, ad primam & genuinam naturam pilum reduci fit veriſimilè. Fit autem horũ morborũ vterq;

varijs

variis causis, non vna tantũ, vt scripsisti, id quod facilè monstrant diuersi hoc morbo capitis affecti colores: quandoque enim ad liuorem, & nigrorem, quandoq; ad albedinem, nonnunquàm verò & ad flauũ vergit, his morbis caput affectum, qui colores varios humores morborum caussas indicant, vt ex Gal. facilè est colligere: quales enim in homine fuerint humores exundantes, talem in summo corpore colorem efflorescere contingit. Ex his colliges Terraga, quod supra dicebamus, tuam videlicet tiriam, quam ὀφίασιν appellamus & alopeciam, non esse lepræ species (de lepra Arabũ semper loquor, quando Græcorum lepra tibi hactenus fuit ignota) eiusq; definitioné, quod dicebamus, iis lepræ speciebus, quas adduxisti, nullo pacto có

De symp. diff. præf. 1. & 3. cap. 8.

1. Aph. 2.

gruere. Nam Arabum lepra, vt ex Auicen. & aliis arabibus collegi, eſt morbus vniuerſum corp9 depaſcēs, ſed ὀφίασις & ἀλωπεκία caput tantum, barbam, aut ſupercilium infeſtant. Lepra ex atra bile tantũ proficiſcitur, aut ſanguinis fece nimium aduſta, ἀλωπεκία verò & ὀφίασις nunc ex flaua bile, nunc ex atra, nunc ex pituita ducitur. Lepra corporis tēperiem & formam omninò corrũpit: at ἀλωπεκία & ὀφίασις caput ſolum, barbam, aut ſupercilia populantur. Lepra corporis particulas ſic exedit, vt tandem vnione ſoluta ſpontè decidant: ſed ἀλωπεκία & ὀφίασις capitis cutem tantum aſpredinem induit, pilum immutat, demum excutit. Lepra eſt cancer omnes corporis partes obſidēs, ὀφίασις & ἀλωπεκία nullam adferunt cancroſam duriciem,

Auicen.

ciem, ſet cutis leuitatem, & colorem tantū immutant. Demum lepra vbi ſemel mēbris adhęſerit, perſtat inſanabilis, alopecia vero & ophiaſis, nō multo negocio profligantur, imo ſpontè quandoque finiuntur. Adde quòd de alopecia & ophiaſi nihil loquuntur docti & præcipui medicinæ ſcriptores, vbi lepræ ſpecies adducunt, non prætermiſſuri, ſi inter lepræ differentias fuiſſent collocandæ, ſed aliis atq; aliis in locis de ipſis tractauere. Non ſecus dicēdum puto de elephantia, quam etiam lepræ ſpeciem arbitraris. Si enim Arabū elephantiam intelligis, ea cum varicibus maiorem habet affinitatem, quàm cum lepra, quū pedum ſit tumor (vt Arabes definiunt) cum leuitate ſua, & ęquabilitate. Lepra verò totius corporis affectus eſt aſpe-

 ritatē

ritatē & inæquabilitatem omnibus particulis inducens. Cęterum ex nigro ſucco tantum aduſto tuam elephantiam produci ſcribis, quū Auicē. & alii Arabes, ex pituita etiam, & aliis humoribus vitiatis creari cenſeant. Quòd ſi Gręcorum elephantiam intelligas, rurſus hallucinaris. Gręcorum namque elephantiaſim ex duobus tantum ſuccis oriri monſtrauimus, vtraque nimirum bile aduſta. Tu verò elephātiam ex nigra bile peruſta, tantum produci putas. Denique Gręcorum elephantiaſis totius corporis formā immutat, quum elephantia tua crura tantū aut pedes occupet. Ad hęc Gręcorū elephātiaſis, vt ſupra monſtrauimus, non erit Arabum leprę ſpecies, ſed lepra ipſa, & genus potius. Prętereą ex his ſatis (arbitror) in-

telliges

telliges de hisce ęgritudinibꝰ, quas pro leprę speciebus malè adduxisti, perperam etiam sensisse. Nam alopeciam asseuerare ex adusto sanguine tantum creari, ineptum est, quod pręter rationes prius adductas, ex scriptoribus etiam, quibus, opinor (vt par est) assentieris, ostédi potest. Galen. nanque in method. med. vt ex quatuor succorum vitio alopeciá fieri innuit, ita vnius cuiusque eductione curare docet. Cuius sentétię subscribit Paul. Aegineta, & Haly Ab. duobus in locis: Auicenna íté, Serapio, Isaacus, & alii non pauci. Similiter ophiasin te malè intellexisse video, quum ex sola pituita eá proficisci putas, quando ex quatuor succorū, nempè bilis atræ, flauæ, pituitæ & sanguinis vitio ꝓducatur, vel iis testibus, quos nuper citauimus.

Gal. meth. lib. 14.

Haly abb. reg. disp. li. 8. pract. lib. 6.

Isaac, uiatici lib. 1.

mus. Neque aliter de tua elephátia eſt iudicandum. Verum vt iracundus es fortè exclamabis, ô cœlum, ô terra, ô ignes. Nõ vidiſti viaticum? non Arnaldi Villanouani, aut Guidonis Cauliacenſis ſcripta reuoluiſti? Si eorum ſententias didiciſſes, noſſes vtiq; elephantiam, alopeciá, & tiriam lepræ eſſe ſpecies. Si hac ratione viaticum obiicias, protinus rogabo, num viaticum putes eſſe Iſaaci, vt plerique omnes faciunt, an Cõſtátini. Si Iſaaci rurſum meæ ſententiæ aſtipulantem adducam: nam in theorica ſua duas tantum lepræ ſpécies, quibus certè non ea quæ tu, indidit nomina, recenſuit. Quare magis verum Iſaaci proloquiũ eſſe exiſtimo, quũ in theorica ſua duas tantum lepræ ſpecies, ſecundum doctorum ſententiam adnumerat, quam

quum

quum in viatico prȩter eruditorum opinionem quatuor eſſe ſcribit. Sic mihi magis q̃ tibi accedere videbitur Iſaac, aut ſaltem nulla ex parte obeſſe. Quòd ſi viaticum non Iſaaci ſed Conſtantini eſſe dixeris, tunc Iſaacus meæ ſententiȩ omninò accedit. Ad Conſtantinum verò reſpondebo, quod Dinus, Bruno, quandoquidem huic monacho, non tantũ tribuendum cenſeo, quantum Paulo. Auicen. Serapioni & reliquis, vt tenues huius, & rationibus parum fultæ ſententiæ admirandis Grȩcorum dogmatibus derogent. Ad hȩc ſibi pugnat viaticum, ſiue Monachi ſiue Iſaaci eſſe dixeris. Nam lib. pri. vbi de alopecia & tiria diſſerit, Grȩcorum, Galeni præſertim, cuius ad verbum mutuatus eſt ſententiam, opinioni aſtipulatur, vbi alopeciam

&

& ὀφίασιν ex quatuor humoribus ꝓfi- ciſci, & iiſdẽ eductis morbos ſanare docet. In ſeptimo alopeciam ex ſanguinis tantum aduſtione, ὀφίασιν ex pituitæ aſſatione creari ſcribit, id quod ſatis oſtendit, ꝙ nihil admodum ſit Viatico tribuendum. Cõciliator verò hac de re nihil decernit, ſed Iſaaci hæreſin tãtum adfert, quã ſicuti non improbat, ita certè non cõfirmat. Ad Guidonem à Cauliaco, Arnaldum Villanouanum, & alios (ſi qui huiuſce hæreſeos adhuc ſint) dico cũ Caſſianenſi monacho, quem fortè ſibi in ducem elegerant, cecutiiſſe priuſquam Græcorũ ſententias, & medicinæ maxima lumina expẽdere eis licuiſſet. Neq; tuas lepræ ſpecies tueri poteris, Gentilis Fulginatis diſtinctione, qui penes materiam, penes inhgrẽdi modum,

&

& penes caussam lepræ species distinguere docet, ac præter simplices alias ex iis compositas suadet. Tu autem simplices tantum, penes materiam, & symptomata lepre species diuidere tibi proposuisti, vt mihi licet colligere. Sed fortè ad vetus testamentum, & eius narrationes confugies Terraga, vbi doctorum nemo aut philosophorũ aut medicorum tibi subscripturus est. Sed esto, adduc Leuiticum, vbi plures describuntur lepræ species, & vno verbo satisfecero, si modo ipse audieris, illic aliam lepram describi ad Grecorum latinorúmque lepras magis accedentem, quàm ad eam de qua tu hic agere studes. In Leuitico nãque coloris vitium quoddam, & fœdum candorem, Moses videtur describere, non vlcerosam illam, & horribilem *Leuit. 13.*

lem Arabum lepram, quod ex Numer. libro confirmare possem, vbi in hæc verba scribit legislator. Maria apparuit lepra candicans, sicut nix. Necnon ex Exodo & Origene in Iesum naue. Quod si obnixius vrgere contendas, & grauem quandá ac contagiosam ægritudinem sacrarũ literarum lepram astruas, atq; etiá, carnis cutísque pustulam in Leuitico esse, quæ non superficiem solum, set profundius quoque carnem depascatur, quemadmodũ Hugo Cardinalis enarrat, & lib. Numer. denuo adferas q sic habet: Et ecce deuorata est iam medium carnis eius lepra, aut quartum Reg. vbi de Azana legitur: Percussit Dominus regé & fuit leprosus, vsque in diem mortis eius, & habitabat in domo libera seorsum: licet August. & Nicolaum

Cap. 12. Numer.

Exod. ca. 4

4. Reg. cap. 15.

laum à Lira pro reſpõſione adduce
re liceret, nihil tamen hoc loco de-
cernam. Sentio nanque diuina quę-
dam hic contineri myſteria, & eſſe
arcanum quippiam. Satis mihi fue-
rit oſtendiſſe bibliorum lepræ ſpe-
ciebus, cum iis quas inibi protuli-
ſti, neque numero neque re ipſa vel
minimum cõuenire. Ex Leuitico ſi
recte locos expendas, ſex inuenies
lepræ differentias, vt Origenes, &
poſt hunc Hug. Cardinalis mõſtra-
uit, quum tuæ lepræ quatuor tãtum
ſpecies attuleris. Præterea in Leui-
tico, cutis albeſcens cicatrix, totius
cutis immutatus color, ex ſanato vl
cere albeſcens cicatrix, ex ignis vſtu
latione lucida cutis, capitis aut bar
bæ quidam affectus, caluitii & occi
pitis affectio, pro lepræ ſpeciebus
enumerantur, quum tu tuberoſas
horribiles

horribiles & vlcerosas totius corpo ris ægritudines quasdam pro lepræ speciebus, quas nunc serpentis, nũc leonis, nunc elephantis, nunc vulpium affectu exprimis, nobis adduxisti, quæ quàm præscriptis sint affines, iudicet candidus lector. Cæterum in fine totius quæstionis, vbi ex Auicen. Haly. Serapione doces lepræ euacuatione sanari, vtcunque ferendus es. At dum ex tuo aliquid adfers, nihil verum dicis. Sic enim
» colligis, & quod taliter proceden-
» dum sit ratione probatur, quoniam
» ægritudo materialis per euacuatio-
» nem suæ causæ curatur, talis verò
» est, quę ab humore prouenit adusto,
Igitur, &c. Quum ais ægritudo materialis, per euacuationem suæ causæ curatur, aut ægritudinem materialem appellas materiã ipsam, quæ corporis

corporis afficit constitutionem; & tunc preterquàm quòd eruditorum nemo sic loqui cõsueuit, falsum etiã pronuncias, quãdoquidem flaua bilis ęstate procreata, vel pituita hyeme genita nonnũquam morborum caussæ in homine adhuc delitescẽt & æstate, & hyeme genitrice transacta: aliàs verè non essent, furores & atræ biles, & morbi comitiales & raucedines, & grauedines morbi ęstatis, hyemis & autumni familiares, vt docet Hippocr. aut materialem ægritudinem affectum vocas à quapiam materia, vt caussa exortum, & rursus falsum erit, quod assumis, si absoluto sermone vtaris? non enim adempta, quæ morbum produxit caussa ꝓtinus soluitur affectꝰ, sicut neque mox cicatrice obducitur vulnus euocata, quæ suræ inhærebat sagitta, 3. Aphoris.

 gitta,

gitta. Hanc ſententiam multis in locis habet Galen. præſertim in commentariis de locis affectis, vbi docet à quapiam cauſſa nonnunquam ſic oboriri affectũ, vt ea ſeparata haudquaquam permanentem habeat diſpoſitionem, quemadmodũ in morbis ex repletione iam ſubnaſcentibus videmus, quibus ſi mox euacuationem moliaris continuò ſoluuntur. Sepenumero verò ſic egit iam cauſſa, vt ea quáuis ablata ſit, perſeuerans tamen adhuc maneat affectus: hoc in dyſenteria vel difficultate inteſtinorũ fieri videmus. Non enim inteſtinorum vlcus ſtatim ſanatur eductis, qui id produxerant, acribus ſuccis. Hanc denuò ſententiam Galenus inculcat multis in locis in medendi methodo, in Aphoriſ. quam etiam eſt mutuatus Auic.

Lib. I.

2. Aphoriſ. 22. lib. I. f. 4. cap. 2.

Quare

Quare ex his facilè colliges, arbitror, huic quęstiõi nihil adtexuiſſe te, quod à doctis recipiatur, ſi aliorum labores excipias. Græcorum nanque & Latinorũ lepras ab Arabum lepra diſcernere non potuiſti, imo ne Arabum quidem, quos ad vnguem ſectari conaris lepram intelligis, cuius plures lõgè quàm ſint reuera ſpecies adduxiſti ſimplices. Quid ἀλωπεκία ſit & ὀφίασις (hanc ipſe vocas tiriam) à quibus proficiſcuntur humoribus hactenus ignoraſti. Arabum elephantiam cũ Græcorum latinorumq́ elephantiaſi cõfudiſti, & eius cauſſas ignoraſti. Atque (vt ſemel finiam) quãdo ex repletione morbi inanitione ſanentur ſcribere non potuiſti, ſet vt abſolutè, ita inerudite morbos ex reple-

 tione

tione factos vacuatione sanari pronũciasti. Reliqua quæ ex aliis errata potuissem afferre (quæ & infinita & laboris penè exhausti fuissent) omitto. Neque enim illam errorum veluti fęcem expurgare constitueram, sed vnam tantum quæstionum tuarum, atq; eam præcipuè, qua me apud duodecimviros vexare studueras (quantum epistola patitur) expendere, atque ad veri regulam exigere cõstitueram, ex qua vna re, quid reliquo in volumine sit cognoscent optimi lectores, ab vnguibus (quod aiunt) leonem æstimantes. Errorem autem tuum vt agnoscas obtestor, mi Terraga, Plinio. Celso, & reliquis melioris doctrine scriptoribus maledicere desineas Politioris literaturæ viros amplectere.

Aetatem

Aetatem iſtam iam decrepitam deſi ne inanibus lucubrationibus excru ciare, & cum hominibus Chriſtianis, chriſtianê age, placeátque illud tibi, quod vel Ethnici amplexi, népè, poſt iurgia & mutuum amorem & pacem, Chriſti cleme͂tiam atque miſericordiá reſipiſcens ad extremum experturus. Vale Burdigalæ prid. Calend. Februarias

M. D. XXXV.

Errata.

Quater. D. fo. 7. fac, 2. verſ. primo lege eſſe viderent, quum vos. Quat. E fol. 8. fac. 1. verſu. 8. lege: ante L. Paul. Q. Mar.

